Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0001-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0002-5

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
# DOMINO CAROLO,
REGIAE DOMVS PRVSSICAE
PRINCIPE SERENISSIMO, RELIQVA,

DISSERTATIONEM IVRIDICAM INAVGVRALEM
DE
# IVRE ADIMPLEMENTI LITERARVM CAMBIALIVM HONORIS CAVSSA,
Vom
## Recht der Acceptation und Zahlung der Wechſel-Brieffe per honore,

IN ILLVSTRI FRIDERICIANA,

DIRIGENTE
**DN. CHRISTIANO THOMASIO, ICTO,**
S. REG. MAI. PRVSS. CONSILIARIO INTIMO, ACADEMIAE DIRECTORE AC PROFESSORE PRIMARIO, FACVLTATIS IVRIDICAE ORDINARIO ET h. t. DECANO,

PRO LICENTIA
PRIVILEGIA DOCTORALIA RITE CONSEQVENDI
D. XXIIII. APRIL. CIϽCCXV.
*horis matutinis & pomeridianis*
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTET
**IOANNES CHRISTOPHORVS FRANCK**
ARGENTORAT.

---

*HALÆ MAGDEBURGICÆ,*
Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typ.

12 23. M 1715 216 11½
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0003-1

# PRAEFATIO.

IVra cambialia nemo exactius tradere poteſt, quam qui & rei nummulariae & iuris peritiſſimus eſt, Nec tamen omni ſuffragio priuandi videntur, qui mediocrem vtriusque notitiam conſecuti ſunt. Eam vt ipſe mihi compararem, non carui occaſione. Poſtquam enim operam aliquamdiu Iurisprudentiae dederam; Mercurii caſtra per plures annos ſecutus fui. Iamque dudum conſtitueram, commercio vacare, quoad viuerem. Sed mirabili fato incidi in machinationes inſolitiſſimas, de quibus hic non eſt dicendi locus. Ex his mihi omnino credidi eluctandum. Aſt viam illas eludendi nullam, niſi deſerta mercatura, inueni. Itaque denuo me in Themidos olim derelictae gremium recipere minus malum iudicavi. Nunc publicum ſtudiorum ſpecimen mos

Occaſio diſſertationis.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0005-2

Academicus poſtulat. In hoc edendo caput aliquod iuris cambialis tentandum putaui. Huic fini IVS ADIMPLEMENTI LITERARVM CAMBIALIVM HONORIS CAVSSA deſtinaui. Id enim peculiari opera, qua hac vsque deſtituebatur, dignisſimum viſum fuit. In illo excutiendo eum mihi ordinem praeſcripſi. Primum negotii naturam in conſilium adhibui: deinde leges cambiales: denique Collybiſtarum conſuetudines. Communia iura tantiſper ſepoſui, donec illas aut non ſufficere deprehendiſſem, aut, quod in quaeſtionem venerat, ſecundum eas definiuiſſem. Tum vero illorum gratia, qui ſine generali lege loquenti tantum non vbiuis erubeſcendum putant, ad ſententiam meam muniendam Romanae quoque Iurisprudentiae praecepta conquiſiui. Qua in re maiorem me, quam neceſſe erat, operam collocaſſe ambabus manibus largior. Neque adeo litem mouebo cuiquam non niſi exiguum iuris communis in cambialibus quaeſtionibus vſum admittenti. Potius, qui ſic ſentiunt, bona mea pace textus adductos pro non adiectis habebunt. Indulgebunt tamen, ſpero, innoxiam ſuperfluitatem plurium genio meditationes accommodanti. Hac ratione praeparaui telam, quam nunc ordior, Deo vires ſufficiente, pertexendam.

Thema.

*Ratio illud tractandi.*

§. I.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0006-8

## §. I.

SI quis pleraque & potiſſima, quibus cambiorum iura traduntur, Syſtemata vel fugitiuo oculo perluſtret; non poterit non illorum de iis probare ſententiam, qui pauca admodum, quæ ad rem faciant, quanquam diffuſis commentariis, proponi conqueruntur (a). Qui peculiares de ſingularibus iuris cambialis argumentis diſſertationes conſcribunt, non ſolent equidem deſertis teſſeris collybiſticis in alia Jurisprudentiae capita nimium euagari. Vtplurimum tamen ſagacioribus (b) vix magis, ac illi, a digresſionibus frequentisſimis abhorrere videbuntur (c). Malunt tamen alii & poſſunt in-

Ambages cambialium *Syſtematum.*

*& diſputationum,*

*ab aliquibus vitatae,*

 tra

(a) *Si detrahas a ſcriptoribus, qui in volumine hanc materiam explicauerunt, ad alienam materiam pertinentia, paucae remanent pagellae hac materia impletae:* inquit, *Dn. Chriſtoph. Andreas Remerus de Vero Obligationum Valore Sect. 2. cap. 13. d. obligat. ex contract. cambii §. 7.* (b) Qui diuerticulorum abundantiam non tam ex circuitionum multitudine infinitis ingentium voluminum excurſionibus minime comparanda, quam pro modo exiguae commentationis aeſtimant. (c) Quippe in mores fere abiit inter diſputationum cambialium, de quibus loquor, auctores, generalem de Cambiis tractationem ipſo themate ſpeciali vix breviorem, aliquando etiam prolixiorem, vel praemittere vel immiſcere. Vt, ſi exem-

Digreſſiones cambialium voluminum, & diſputationum vnde aeſtimandae?

vſitatisſimae.

*& vitandae.*

tra limites conſiſtere (d). Ego, quanquam methodi etiam diffuſae libertatem nemini inuideo, potius tamen imitandos cenſeo, qui ſe intra cancellos continent. Maxime cum vix ſuppetat digrediendi ſpatium, niſi deſerto, quod emetiri oportebat, itinere (e). Optimum ergo fuerit breuitati ſtudere, quoad licet absque obſcuritate, quam huic ſtudio variae cauſſae, & in primis peculiare quaſi, quo poſt campſores illius Doctores vtuntur, idioma (f) facile offundunt. Vnde ne vocabulorum quidem ſtudio ſubitaria opera licebit defungi (g).

Pau-

pla adducere neceſſe foret, absque negotio nominare poſſem ſatis ſpeciales inſcriptiones diſſertationum cambialium, quas ordine paucisſimis mutato generale de cambiis rubrum facile ſcio tuituras. (d) Exemplo ſit peritiſſimus artis campſoriae *Ioan. Phoonſenius*, quem, dum libello Belgico elegantisſimo: *Wiſſel-Styl tot Amſterdam*, vniuerſum cambiorum ius deſcribit, nunquam deprehendi extra oleas vagatum. Parem in peculiaribus diſſertationibus elaborandis concinnitatem aliqui ſecuti ſunt. (e) Plurima enim adhuc in cambiorum doctrina deſiderantur, quae peculiarem in ſingulis capitibus laborem requirant, eumque ampliorem, quam vt longius excurrere vel expediat vel liceat. (f) Notisſimis enim vocabulis ignotum aliquando ſenſum tribuunt: vt, cum *depoſitum* nominant, quando *mutuum* intelligunt. Voces peregrinas ac barbaras, ut vulgo notisſimum eſt, mire affectant. Diverſisſima ſaepe eodem nomine appellant. Sic *prouiſio* & redhoſtimentum laboris a campſore impenſi denotat, & pecunias ad cambiorum ſolutionem acceptanti ſubminiſtrandas. *Excell. Dn. Ludouici* Einleitung zum Wechſel-*Proceſſ. Cap. 6. §. 16.* Imo ſi diuerſos conferas, plane oppoſita eodem termino deſignant. Ita *Campſoris* nomen ab aliis traſſanti, ab aliis remittenti tribui nuperrime annotauit *Conſult. Dn. Gotfr. Barth. Hodeget. Forenſ. Ciuil. & Crimin. cap. 4. §. 19. not. a. pag. 749.* De cambio *proprio* add. §. *ſeq. 3. not. f.* (g) Potius clara explicatione ac prudenti ſelectu erit opus. Interdum etiam licebit, imo conducet plane ac pene oportebit ὀνοματοποιεῖν.

Laus Io. Phoonſen.

Deſiderata iuris camb.

Peculiaris campſorum lingua.

Cura verborum.

Paucis: nec ea, quae ad rem pertinent, negligi expedit, nec in alienis ab argumento nimium occupari.

Methodus huius Diſſertationis

§. II. Quae cum ita teneam, forſitan eam mihi legem dicere debebam, vt, dum de *literarum cambialium adimplemento honoris cauſſa* agere conſtitui, nihil proferrem, niſi quod ad thema iſtud presſius & adſtrictius pertinere arbitrarer, ipſum vero argumentum pro viribus exponerem luculentisſime. Sed ambages licebit euitare; quae ad rem ſpectare cenſebo, omnia dicere &, quantum ſatis eſt, copioſe, non licebit. Tam amplus enim ſcribendi campus patet, vt, ſi omnia vellem rimari, modum diſſertationis Academicae excedere, & commentarium pro exercitatione componere oporteret. Mutandum ergo fuit conſilium, & aliqua ſaltem eorum, quae dici debuiſſent, ſi omnia diſtinctius euoluenda fuiſſent, pars in chartam coniicienda. Hinc non integram de dicto argumento doctrinam, ſed tantum *ius* (a) circa illud obtinens tradam. Neque id plena manu (b).

*Ordo dicendorum.*

Vtar vero ſequenti ordine. Primo rubrum diſſertationis (c), quoad e re fore credidero (d), eiusque Synonymiam (e) exponam. Quo facto negotii, de quo



Praecepta prudentiae ſopoſita.

(a) Nempe ſicco pede, breuitatis ſtudio, praetereo praecepta prudentiae, quae ſequi ſolent aut debent, qui cautius cupiunt mercari. Ea vero minime omitterem, niſi animum thema integrum pertractandi depoſuiſſem.

Breuitas propoſita.

(b) Singula enim paucis abſoluam, nec quicquam adducam, niſi quod aut proprio iure ad honorarium cambiorum adimplementum pertinet, aut, quoties ſimplici quoque commune eſt, ad illud tamen ab aliis nominatim iam relatum fuit. (c) §. 3-5.

Cur non explicetur vox iuris, adimplementi, literarum.

(d) Neque adeo de *iuris* vocabulo, poſt tot aliorum in ea voce explicanda induſtriam anxiam ſcrupuloſitatem? quicquam delibabo. Nec de *adimplemento* aut *literis* cumulabo generaliora, quae facile potuiſſent ex Lexicis ac doctrinis Iuridicis excerpi. (e) §. 6.

ago, originem (f), obſtacula (g) & progreſſum (h) cum literis, circa quas occupatur (i) neceſſitate, quam ſupponit (k), ac perſonis, quas tangit (l), addam. Poſtea in adminicula (m), tempusque, quo ſuſcipi debet (n), & modum (o) ac ſolemnia (p) inquiram. Tandem effectus inde oriundos oſtendam (q), & vindiciis pro vſu argumenti coronidis loco ſubiectis concludam (r).

Literae cambiales, *contradiſtinctae cambiariis, & campſoriis, Quae?*

§. III. *Literae cambiales*, de quarum adimplemento quaero, non idem apud omnes ſignificant. Multi per eas intelligunt cautiones nomine pecuniae alio loco acceptae, alio reſtituendae interuenientes (a). Sunt qui illas tantum cambiales dicant, quae & traiectitiam pecuniam concernunt, & paratiſſimam ſecundum iura cambialia executionem habent (b). Verum latius patet literarum cambialium vox, & a duriſſimae exactionis effectu ſenſu proprio & ſpecifico tribuitur quibusuis breuibus inſtrumentis ob quodcunque debitum rigori cambiali ex conventione partium plene obnoxiis (c). Atque iſtum ſenſum ſequor auctoritate vſus (d) & plurimarum legum cambialium (e). Hae cognoſcun-

(f) §. 7. 8. (g) §. 9. (h) §. 10. (i) §. 11. (k) §. 12. (l) §. 13-16. (m) § 17. (n) § 18. (o) § 19. (p) § 20-22. (q) §. 23 27. (r) § 28.

Literae cambiariae.

campſoriae,

(a) *Raphael de Turri Tract. d. Camb. Diſp. 2. Quaeſt. 1. num. 5.* Easque praeſtaret forte a cambiario, qui per eas perficitur, contractu *cambiarias* appellare. (b) Vid. *Phoonſen Cap. 39. pʃ 6. in not.* Add. *Ordin. Camb Pruſſ. art. 34.* Atque iſtas diſtinctius a campſoribus, quibus illae pene propriae ſunt, *campſorias* dicere poſſes. (c) *Aug Bened. Carpzou Diſp. d. Camb. theſ. 58. Magnif. Dn. Lüder Menken ad Proceſſ. Diſp. 1. §. 58. Id. Theor. & Prax Pand. lib. 19. Tit. 6. §. 9.*

(d) *Quem penes arbitrium eſt & vis & norma loquendi.*

(e) vid. *Diui Reg. Chriſtiani V. Ius Danic. lib. 5. cap. 14. art. 8. & 19. Eiusd. Ius Norweg. lib. 5. cap. 13. art. 6. & 17. Ord. Camb. Auguſt. art. 7.* Add. *Ord. Cambial. Lipſ.* § 4. *Brunſuic. art. 17. Dantiſc. art. 5.*

ſcuntur ex mentione cambii negotio principaliter tributa (f), ac ſunt duplicis generis, nimirum aliae *ſcribenti*, aliae *tertio directae* (g).

*Requirunt mentionem cambii.*

§. IIII. Adimplementum harum literarum cambialium idem eſt ac earum executio. Quam qui ſuſcipit, easdem *honorare* dicitur, termino campſoribus Germanis, Italis, Gallis &c. vſitato (a). Vbi ſubeſſe puto locutionem Ellipticam, cum literae cambiales primum *decente acceptatione aut ſolutione honorari* dicerentur (b). Noſtro idiomati conuenit luendi vox (c), nec non expeditionis (d), cuius defectui per ſchedulas commendatitias toto die caueri conſtat. Itali vtuntur vocabulo complendi (e), Galli verbo præſtandi (f). Hoc adimplementum & ſolutionem denotat & acceptationem, modo eadem opus ſit. Eſt ergo nomen generis, ſpecies ſunt *adimplementum inchoatum*, id eſt, acceptatio, & *ab ſolu-*

Adimplementum *lit. Camb.* *Eius* 1) Synonyma *honorare*, *luere*, *expedire*, *complere*, *praeſtare*.

2) Species: *inchoatum*, *abſolutum*,



(f) Neque enim cambiales literae adſunt, deficiente voce: Wechſel. Quaeres cum vi clauſulae cambialis acceſſoriae, bey Wechſel-Recht / peculiarem meditationem meretur. Vid. interim *Excell. Dn. Gribner. Princip. Proceſſ Iudic. Lib. 2. c. 5. §. 8.* (g) Auf den Ausgeber ſelbſt / oder einen andern gerichtet. Add. *Ordin. Camb. Wratislau. art. 15. Brunſuic. art. 17.* Alii illas *proprias*, *impropriae*, *palliatas*, *domeſticas*, einländiſche / has vero *traſſatas*, *negotiatas*, *alienas*, *proprias*, *proprie dictas* vocibus magis ambiguis appellant. (a) Vid. formulae literarum auiſoriarum ap. *Franc. Stypmann. de Iure marit. Part. 4. cap. 8. n. 66. Iac. Du-Puy de la Serra Art des lettres de change C. 4. n. 6.* (b) Quae Phraſis occurrit ap. *Excell. Dn. Ludouici* Einleitung zum Wechſel-*Proceſſ cap. 4. §. 16. Matth. Cramer Secretario di Banco Cent. 1. Epiſt 94.* Add. *Ius Camb. Magd. art. 22. & Brand. art. 24.* (c) einlöſen / qua vtitur *Ordin. Camb. Lipſ. § 36.* (d) Richtigkeit *vid. Not. ſeq. G. K. M.* (e) *Compire* vid. *Capit. Nundinar. Veſuntinar. cap. 35.* (f) *acquiter.* Vid. *Ordinat. Mercator. Ludou. XIIII. Tit. V. art. 3.*

cambiales, in quibus vox: Wechſel neceſſaria.

aliae ſcribenti, aliae tertio directas.

einlöſen / Richtigkeit / compire.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0011-5

*duplex*, *ſimplex.* *Quodnam in dubio intelligatur?*

*ſolutum*, ſiue ſolutio (g). Vtramq; coniunctam non male adimplementum *duplex* appellaueris, ſingulas *ſimplex*. Quodſi de ſenſu harum vocum indefinite poſitarum quaeratur, merito illae tam ad acceptationem literarum cambialium, quam ad earundem ſolutionem applicantur (h), veluti cum tertio commendatum fuit cambium in euentum deficientis perfectionis (i). Aliud tamen obtinet, quoties regulae interpretationis reſtrictiuae vocem generalem de omni adimplemento capere non ſinunt. Tum enim, pro re nata, aut inchoatum tantum (k), aut non niſi abſolutum (l) intelligendum. Ego quoties aut de ſola acceptatione aut ſola ſolutione, aut non niſi de duplici adimplemento dicendum erit, operam dabo vocabulis minime ambiguis. Quoties eadem omnium ratio erit, ne idem & de acceptatione dicere & de ſolutione repetere neceſſe ſit, vna de adimplemento cambiorum aſſertione defungar. Caeterum a ſcopo alienum puto de acceptatione & ſolutione

adimpl. abſolutum. interpretatio generalium. Mangel Richtigkeit.

(g) quam *Ordin. Camb. Lipſ.* §. *20.* pariter vocat endliche Richtigkeit. (h) quia generaliter poſita generaliter intelligenda. *l. 1. § 1. ff. de Legat. praeſtand. Andr. Gail. l. 2. obſ. 33. n. 1.* & ſemper ſpecialia generalibus inſunt. *l. 147. ff. d. Reg. iur.* (i) in Mangel Richtigkeit/ quam conditionem ſiue acceptatione ſiue ſolutione deficiente exiſtere docet Campſor peritisſimus nec indoctus *Dn. Andreas Leſer pag. 14.* der Schrifftlichen Beantwort. einiger/ vom Wechſel und Wechſel-Brieffen herrührenden Zweiffel und Fragen. (k) vt in *Capitul. nundinar. Bulſanenſ. art. 6. Ord. Camb. Auguſt. art. 9.* Add. *Dn. Iac. Hoepneri Diſputatio, Praeſide illuſtri Strykio* habita, eiusdemque *volumini diſſertationum Hallenſium n. 18.* inſerta, *de Cambial. liter. Accept. cap 3. §. 21. n. 85.* (l) De quo ſentiunt *Capit. Cambii realis ciuitat. Bonon. §. & ſe auueniſſe ap. Sigismund. Scacc. d. Commerc. & Camb. p. 500. a in fin. Ord. Camb. Lipſ. §. 24. verb.* mit dem *Scontro* Richtigkeit zu machen.

one literarum cambialium addere generaliora, quae hic merito ſeponuntur aut ſupponuntur (m).

§. V. Vtraque & acceptatio & ſolutio literarum cambialium, quoties & ab eo, cui ſchedula directa eſt, & voluntate ſcribentis per omnia ſeruata peragitur, campſorum ſtylo fieri dicitur *libere* (a), noſtratibus ſponte (b). Quanquam ea vox alium quoque ſenſum admittit. Aliquando enim adimplementum *liberum* id dicitur, quod ſpontaneo motu, nullo iure cogente, ſuſcipitur, etſi alia, ac traſſans mandauerat, ratione (c). Alibi *libere* impleri dicuntur cambia, quoties nummi ad ſolutionem neceſſarii inde petuntur, vnde iusſit traſſans, licet alius ea exequatur, quam is cui directa ſunt (d). Quodſi non adimpleantur literae cambiales ab eo, cui diriguntur, aut is aliam inde, ac traſſans per literas auiſorias primum obtulit, obligationem ſibi acquirere cupiat, licet aut ipſi aut cuiuis alii, omiſſo primo

*Adimplementum liberum, ſtricte, late.*

*Adimpl.* honoris cauſa.

(m) Sufficiat breuem vtriusque deſcriptionem adieciſſe. Per illam intelligo promisſionem, ſummam literis cambialibus iam ſcriptis contentam in loco ſolutionis ex iisdem ſoluendi. Haec eſt praeſtatio ſummae literis cambialibus contentae animo tollendae obligationis earundem exactori facta. Plura inueniunrur ap. *Dn. Chriſtoph. Dondorff. diſp. de termin. peremt. ſolut. & proteſt. cambior.* §. 7-21. Acceptationis vero prolixiorem, ſed anguſtiorem definitionem tradit *Dn. Hoepner. d. Diſp. Cap.* 1. §. 8.

Definitio acceptationis & ſolutionis liter. camb.

(a) Vid. *Ordini & regole delle fiere di Bolgiano art.* 5. Zeitungs-*Lexicon Part.* 2. *voc.* Wechſel-Zahlung. (b) Freywillig. *Ordin. Camb. Noriberg. art.* 1. Zeitungs-*Lexicon dict. loc.* (c) *Ordin. Camb. Lipſ. art.* 27. *verb. Sopra preteſto* freywillig. Add. *Ius Camb. Suec. art.* 7. (d) Vid. *Statutum Senatus Genuenſ. ann* 1633. adiectum *Ordin. Camb. Veſunt. art.* 35. *Il Negotiante di Gio. Domenic Peri Part.* 4. *cap.* 15. *p.m.* 19. Add. *Raph. de Turri. d. Camb. Diſp.* 2. *quæſt.* 13. *n.* 78.

Freywillig.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0013-6

mo mandato, ad reuerentiam alicui eorum, qui ex literis tenentur, teſtandam iisdem ſatisfacere, eaque ratione, ne inanes ad auctorem reuertantur, impedire, ac illum ſibi ad expenſa reſtituenda obſtringere. Atque id ipſum tanto conſenſu cambialium legum, Doctorum, artificum, vt vix locus amplius ſit aequiuocationi (e) dicitur *adimplementum literarum cambialium honoris cauſſa*, de quo ago. Proinde per illud intelligo *acceptationem & ſolutionem ſubſidiariam literarum cambialium ab eo, cui directae ſunt, non ſimpliciter adimpletarum, ad honorem cuidam earum debitori teſtandum praeſtitam.*

*Eius* definitio.

Synonyma

§. VI. Eadem res aliis quandoque vocabulis exprimitur. Sunt enim, quibus ad indicandum adimplementum literarum cambialium honoris cauſſa ſufficere videatur, ſi eas *honorari* aſſerant (a). Procul dubio, quia κατ' ἐξοχὴν honorare dicendus eſt, qui cambio aduerſa fortuna preſſo, ceſſante libera executione, ſubſidiariam tempore neceſſitatis praeſtat (b). Plerique id adimplementum ſupra proteſtum (c) appellant, quod proprie a traſſato tantum ſuſcipi, a tertio vero ſolum pro

*honorare*, *adimplem. ſupra proteſtum*,

Significatus abuſiuus adimplementi honorarii.

(e) Niſi cambia *honoris cauſſa* adimpleri dicas, quoties, qui nec aliunde traſſanti debet, nec nummos cambii nomine ſoluendos ab eo accepit, iisdem ſatisfacit fidem eius ſecutus. Quo ſenſu adimplementum *honoris cauſſa* de ipſo etiam traſſato ſcribentis mandatum auiſoriis literis comprehenſum per omnia libere exequuto praedicare videtur *Dn. Paul. Iacob. Marperger Sect.* 3. der nothwendigen und nützlichen Fragen über die Kauffmannſchafft *p. 218. in fine.* Sed conſtans vſus refragatur. (a) *Ord n. Camb. Lipſ.* §. *17. & Dantiſc. art. 13. Dn. Leſer* Schrifftliche Beantw. *&c p. 13. Sperander* Sorgfältig. *Negotiant* und Wechsler *paſſim. Vid. Index voc.* Honoriren. (b) *arg* §. *2. I. d. I. N G. & C.* (c) *Phoonſen. cap. 12 & 18. Dn. Marperger* Beſchreib. der Meſſen und Jahr-Märckte *cap. 10. pag. 44.*

pro honore literarum ſolui alii (d) ſcribunt. Vtroque caſu literis cambii *cum proteſtatione* ſecundum alios (e) ſatisfit. Alii (f) acceptationis & ſolutionis *ſupra proteſtum honore literarum* vna ſerie mentionem faciunt. Alii (g) ob proteſtationem accedentem adimplementum noſtrum *qualificatum* vel *cum modo* vocant. Alii (h) illud *non inuitatum* nominant, cum ſcientiam & mandatum eius, cuius negotium ita geritur, non requirat. Interim obſcuritate aliqua laborant eiusmodi appellationes, quas aut non omni adimplemento honoris cauſſa ſuſcepto, aut non ſoli, aut nec omni nec ſoli competere patet. Caeterum diuiſionibus occupari nolo, cum illae negotii pertractationem ſupponant (i), quam ſi praeſtruas, facile plures comminiſci, ſed aeque facile iisdem carere licebit (k).

*cum proteſtatione, ſupr. prot. hon. literarum, qualificatum, cum modo, non inuitatum.*

Diuiſiones

§. VII. Originem huius adimplementi partim ab vtilitate & neceſſitate, partim a communi mandati & negotiorum geſtorum natura cenſeo repetendam. Quippe cum literarum cambialium commercium magis inualeſceret, non potuerunt non eaedem ex variis cauſſis

Origo 1) quoad cauſſam impulſiuam *a neceſſitate & utilitate*,



(d) *Sigiſm. Scaccia d. Commerc. & Camb. §. 2. Gloſſ 5. n. 357, 358.*
(e) *Ioh. Iacob. Vffenbach. d. Proteſtat. in Camb. cap. III. n. 2. & 26.*
(f) *Ordin. Camb. Brunſuic. art. 16. in fin. Scacc. dict. loc. num. 356.*
(g) *Aug. Bened. Carpzou. Diſſ. d. camb. th. 49.* (h) *Dn. Remer. d. Ver. Obligat. valor. Sect. 2. cap. 13. § 10.* (i) Si illas exceperis, quae omni adimplemento, etiam ſimplici, communes ſunt. Has omnino neceſſarias confiteor, ſed ſatis iam explanaui § *4. in primis lit. G.* vt actum agerem, ſi crambem iam coctam denuo apponerem. (k) Nam omiſſis diuiſionibus ipſa tractatio oſtendit diſcrimen inter adimplementum honorarium principali, & aliis, iisque vel traſſantibus vel indoſſantibus &c. praeſtitum vid. § *13.* inuitatum & non inuitatum § *13 17.* a traſſato exactore & tertio exhibitum §. *14.* expreſſum & tacitum §. *16.* &c.

Diuiſiones adimplemento lit. camb. honoris cauſſa cum libero communes, eidem propriae.

(a) aliquando deſtitui libero adimplemento. Quod periculum vt euitarent, qui cautius mercabantur, optimam occaſionem pecunias cambio ſumendi negligere ſaepe cogebantur (b). Nec tamen eo ſecius, etiam circumſpectisſimorum collybiſtarum teſſeras eas labes inficiebat, vt, quamuis rarius, aliquando tamen cum proteſtatione inanes reuerti cogerentur (c). Tum vero damnum ſaepe grauisſimum ſentiebat ſchedulae cambialis exactor & remittens (d). Commodo inſigni carebant campſores loci deſtinatae ſolutionis (e): imo ipſa respublica (f). Maximam vero iacturam patiebatur traſſans,

*exactoris, remittentis, campſorum*

*Reipublicae traſſantis.*

(a) Quas vid. § *ſeq. 12.* (b) Quoties nempe mandatu aliorum, etiam eorum, quibus fidem habebant maximam, cambium dirigendum erat aliis, etiam iis, quos ſibi norant in omnem euentum lubentisſime credituros. Sufficiebat enim, quod, an iidem mandantis fidem ſecuturi eſſent, incerti haererent. (c) Cum facile multa inter contractum cambii in loco initae conuentionis celebratum, eiusdemque executionem in loco ſolutionis abſoluendam acciderent. (d) Qui ſuis neceſſitatibus deſtinauerant nummos ex iis redigendos, illisque haud obtentis alios in promptu non habebant. (e) Nam quo maior cambiorum ſolutorum frequentia, eo maiora campſorum ordini emolumenta obueniebant. Contra defectus ſolutionis magno eorum malo menſis euertendis occaſionem praebebat. (f) Vnde memini, *Ampliſſ. Senatum Lipſienſem*, cum iuſſu Regio d. 10. Mai. 1703. terminum ſolutionum nundinalium per octiduum edicto propoſito prorogaret, quo ſuſpenſum cambiorum Oppenheimerianorum adimplementum perfici poſſet, ad intereſſe publicum in eodem inſigniter verſatum publice prouocauiſſe. Add. Anleitung zum gründlichen Verſtand des Wechſel-Rechts *edente Io. Iac. Heydigero cap. 8. p. 77.* Accedunt gabellae interceptae, quas alicubi ex cambiis Respublica lucrabatur. Ita *regulis gabellarum Genuenſium num. 2.* cautum eſt, vt pars milleſima, quae ipſis *vndecena* vocatur, ex cambiis gabellae nomine praeſtetur, referen-

Periculum cambiorum alterius computo alii directorum.

Defectus adimplementi inſperatus, grauat exactorem & remitt. campſorem, Intereſſe publicum in adimplemento cambiorum.

ſans, atque is, quo iubente cambium ipſe contraxerat(g). Quo ipſo aliqui a cambiis celebrandis penitus deterrebantur. Aliqui pecunias quidem cambio ſumebant ac dabant ipſi, & per procuratores ſuos alibi cambia iniri curabant, ſed tamen vtilitate & neceſſitate exigente operam dabant, vt, ſi praeter ſpem literas collybiſticas executione deſtitui contingeret, moleſtias, quas dixi, omnes opportune depellerent. Idem conſilium alii eo, quo adimplementum ſperabatur, loco ex rationibus poſtea indicandis(h) iuuare ſtudebant. Nec deerant rationes, quae ad cauſſam eorum tuendam aequum iudicem redderent procliuiorem(i).

§. VIII. Medium optimum erat mandatum eius, qui, vt literae executionem ſortirentur, efficere tenebatur. Vt nempe is campſorem quendam eius feriae vel plateae, quo cambium tendebat, rogaret, velit ille in

2) quoad medium, a natura a) mandati;



re *Sig. Scaccia d. Comm. & Camb. § 3. Gl. 4. n. 4. Raph. de Turri d. Camb. Proleg. ad Diſp. 2. n. 58. p. m 111.* (g) Grauiſſimas enim recambii impenſas reſtituere, imo plura aliquando reſarcire tenebatur, ſi pluris ſua interfuiſſe creditor probaſſet. Idemque onus etiam remittentem quandoque premebat. (h) *§. ſeq. 28. lit. G.--L.* (i) Nempe ipſa vtilitas commerciorum, quorum maximus fauor eſt. *Meu. de leuam. inop. debit. c. 1. num. 85. Id. d. Arreſt. c 4. n. 5.* Nec non finis controuerſiarum plurimarum. Siquidem cambiis honore primi debitoris adimpletis, ſola inter hunc & honorantem actione ſuperſtite, quaſi amputatur hydrae cuiusdam collum, quo vno plura litium capita cohaerebant. Alias enim cambio cum proteſtatione reuerſo, ſingulis, per quos illud ambulauerat, aduerſus ſuum auctorem regreſſus patuiſſet. At pertinet ad religionem iudicis, curare, vt litigia diminuantur potius reſecentur, quam protrahantur, & cumulentur. *arg. l. 2. pr. ff. d. aqu. & aqu. pluu. arc. l. 5. ff. pro ſuo l. 13. C. d. Iud. l. 2. C. d. re iudic. Frid. Pruckmann. conſ. 38. n. 92.*

traſſantem; remittentem.

Vtilitas adimplementi honorarii ad lites recidendas.

in euentum deficientis adimplementi ſimplicis vicarium praeſtare. Atque iſtas preces nominatim ſundi intererat. Neque enim ipſi cambio iam inſunt, quod aliqui falſo ſibi perſuadent. Scilicet ſunt, qui literis cambialibus & auiſoriis duplex mandatum, alterum de ſolvendo, alterum de imputando in huius vel illius rationes contineri putant (a). Vnde poſtremo licet recuſato, prius tamen recte impleri concludunt (b), & ne proteſtationi quidem contrariae locum relinquunt (c). Sed ea ſententia nec prodeſſet cuiquam praeter traſſantem (d), & ab aliis (e) dudum merito deſerta fuit (f). Pariter

*quo caret traſſatus,*

*exactor,*

An duo mandata in cambiis? Rationes dubitandi.

(a) *Rot Genuenſ. Dec. 19. n. 4. Raph. de Turri Diſp. 2. Quaeſt 13. n. 2. 56. Matth. Bode Diſſ de Camb. theſ 7. lit. Q.* (b) *arg l. 32. §. 1. ff. d. recept. l. 28 §. 12. ff. d. liberat. legat.* Maxime cum ſufficiat, vt, qui mandatum ſtricte exequi non poteſt, faciat quae eidem vicina ſunt. *arg. l. f. § 1. ff Mandat.* (c) Eam enim poſteriori mandato opponi aſſerunt, non priori. Imo aduerſus hoc ne quidem valere contendunt, vtpote facto contrariam: quam irritam eſſe communiter *arg. l. 60. § 6. ff. loc. l. 21. pr ff. de acquir vel omitt. hered. c. 9. X de Conſtit. c. 54. X. de appell. c. 20. X de Off Iud. deleg.* probant, & e manifeſtis ſanae rationis principiis ſolidiſſime demonſtrat *Illuſtr. Dn. Praeſ. Diſp. de Proteſtat. facto contrar. th. 23 44.* (d) De iis, quorum cauſſa alii traſſant, res per ſe patet. Nec de cedentibus quisquam aliud aſſeruerit. Neque enim vllius, quod ſciam, aſſenſum obtinuit error *B. Titii*, indoſſamenta, etiam intuitu traſſati, nouorum cambiorum inſtar eſſe docentis, *Iur. Priv. Lib. 10. cap 5. §. 50.* (e) *Sigiſm. Scacci §. 2. Gloſſ 5. num. 369 375. Ierem. Reuſner theſ. 24. Diſp. de Cambiis*, quae mutato theſium numero *Henr. Rennemanni Iurisprud. Rom. Germ. Membr. 3. Diſp. 28.* inſerta eſt. *Ordin. Camb. Brunſuic. art. 16.* (f) Forma enim mandati indiuidua eſt. *Excell Dn. Hoffmann. d. Iur. Rer. Indiuid. cap. 4. Sect. 6. Aph. 1. n. 2. p. 446.* Add. *Sect. 2. aph. 15. n. 62.* vbi contrauentione in vna tantum parte mandati toti mandato contraueniri ex *Gylm.* docet. Adeoque fines eius diligenter cuſtodiri debent

Negatur intuitu principalium, cedentium,

& traſſantium.

Rationes decidendi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0018-5

ter illum etiam, cui remiſſa dirigitur, eo ipſo mandatum ſoluendi habere aliqui (g) argutantur, quod mandata exigendi & ſoluendi correlatiua ſint, nec alterum absque altero ſtare poſſit (h). Quo ipſo diuerſiſſima miſcentur (i). Multo minus alii quicunque a ſcriptore literarum cambialium ad executionem earum ſubſidiarum mandato (k) inſtructi creduntur: quamuis nec ab eo excogitando aliqui alieni videantur (l). Mandatum ergo, quoties eo opus creditur, expreſſum requiritur. Idque ſenſim ab iis, qui literis ſuis cambialibus aliquid ſiniſtri metuebant, in omnem euentum dari cœpiſſe probabile eſt. Quodſi eodem careret quisquam, cui animus erat, collybis amici non adimpletis auxilio eſſe, is aliquando abſentis & ignorantis negotia, iure permittente (m)

*alius quicunque:*

*b)* & negotiorum geſtionis.



gerere

*l. 5. ff. mandat. c. 16. §. 2. c. 27. d. Praebend. 6.* Quod poſſet hoc caſu, ſi vellet, honorans. Vnde, quoties illud integrum implere non vult, ab eo prorſus abſtinere debet. *l. 46. ff. Mandat.* Add. *c. 22. X. de Reſcript.* Idque facere putandus eſt, quisquis non mandatarii animo, ſed ſtudii ſolum cauſſa defert officium *l. 10. §. 7. ff. Mandat.* j. *l. 6. §. 1 ff. eod.* (g) *Raph. de Turri d. Quaeſt. 13. n. 58-65. Quaeſt. 15. n. 13-17. Vffenbach. de Proteſt cap. 5. n. 7. 9. Dn. Hoepner. de Camb. Lit. Acc. c. 4. n. 75.* (h) docente *Paul. Caſtrenſ in l. 12. ff. de ſolut.* quem ſequitur *Rot. Gen. Dec. 93. n. 9.* (i) Qui enim iubet Sempronium, vt centum a Titio exigat, duplex equidem mandatum dat, ſed alterum Titio, vt ſoluat, alterum Sempronio, vt exigat, prout ex *Caſtrenſ.* ipſe tradit *Raph. d. Diſp. 2. Qu. 5. n. 9. & 26.* non eidem vtrumque. (k) quod ad perſonam certam dirigi debet. *Turri d. Diſp. 2. Quaeſt 13. n. 18.* Alias qui illud exequitur, negotiorum geſtorum actionem habet *arg. l. 31 pr ff d. negot geſt.* iunct. *l. 1. §. 3. ff. quod iuſſu l. 8. C mand.* add *lit. praec. l.* ſed pinguiorem ad exemplum inſtitoriae *d. l 31. pr. l. 10. §. 5 ff mand.* (l) Vid. §. *ſ. c.* 25 *lit. k.* (m) Negotiorum geſtioni hic locum eſſe magna conſenſione docetur. *fac. l. 4. l. 46 ff. de Negot. geſt.* Sufficiat ex multis

Mandatum ſoluendi & exigendi datur diuerſis,

certae perſonae dirigendum.

Negot geſtor honoris cauſſa recte adimplet,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0019-3

gerere maluit, quam ſerius expectato conſenſu, quem recte praeſumebat, cunctando deſerere. Haec prima videntur adimplementi literis cambialibus honoris cauſſa praeſtiti incunabula.

Obſtacula *prima rat. debitoris,* *negotiorum geſtoris,* *mandatarii*

§. VIIII. Non poterat tamen illud non magnis primum difficultatibus premi. Nam collybi debitorem metus arcana prodendi (a), amicos incaſſum defatigandi (b), impenſarum (c), fruſtrationis (d), recuſationis (e) &c. ab euentuali mandatarii conſtitutione deterrebat. Aliis, licet iis, quorum intererat, etiam non mandantibus conſultum cuperent; tamen ignorantia obſtabat, quo minus, quae tractari neſciebant (f), negotia ſuſcipere poſſent. Ne vero notis etiam vellent immiſceri, incerta dominorum vtilitas (g), & periculum ex horum damno

allegaſſe *Ordin. Camb. Brunſuic. art. 16. Rot. Gen. Dec. 6. n. 7. Dec. 19. Dec. 23. n. 17. Dec. 32. n. 1-3. Dec. 41. n. 3. Iac. Menoch. Conſ. 296. n. 24. Lauterbach. d. Iur. in Cur. mercat. vſit. th. 178.* Add. §. *ſeq. 25. not. L.*

Incommoda 1) mandantis ex mandato ſubſidiario: reuelatio arcanorum, defatigatio amicorum gratuita, impenſae, metus fruſtrationis, & recuſationis. 2) negotiorum geſtoris 3) eiusdem & mandatarii: Periculum, ne honorarium adimple-

(a) Nam mandatario exigua, quam aut in mandante ſuo, aut in traſſato collocabat, fiducia & arcana cambiorum cum aliis celebratorum patefacienda erant, cum adhuc dubia eſſet operae ab ipſo petitae neceſſitas. (b) Cum enim plerumque liberum adimplementum ſequatur; plurimis inanibus epiſtolis laſſandi erant, qui rariſſimum inde emolumentum ſenſuri videbantur. (c) in mercedes nunciorum impendendarum. (d) Cum neſciret ſaepe mandatarius, quis cambium exigeret; & exactor, vtrum illud cuiquam & cui nominatim eſſet commendatum. (e) Neque enim negotium multis committere expediebat, nec ſatis certum erat, mandatum ſuſceptum iri ab vno. Hoc vero poſt preces interpoſitas pariter recuſante, plerumque grauiorem ignominiam proteſtatio allatura erat. (f) Raro enim ſcire poterant, amicorum tractas adeſſe & periclitari. (g) Nam incertum erat, vtrum is, quem honorare cupiebant, exactori ac remittenti teneretur? annon potius valutae non numeratae exceptionem in continenti docere aut compenſare poſſet? annon literas ea lege

damno (h) aut ingrato animo (i) geſtoribus imminens, maxime in ſpe honorari dubia (k), diſſuadebat. Denique exactor in admittenda honoria ſolutione titubare poterat, quia honorati ad eam accipiendam mandato carebat (l). Quodſi de acceptatione quaereretur, verendum erat, ne pro expromiſſore venditaretur, quem literis collybiſticis haud nominatum exactor admitteret ad obligationem ea mente in ſe recipiendam, vt negotii dominum ab eius petitione immunem praeſtaret. Quo facto exactor, honorante forſan bonis labente, ad ſuos

*exactoris;*

aucto-
mentum honorato non proſit,

ſcripſerit, vt iisdem redeuntibus valorem ſaltem acceptum absque recambio reſtitueret, vel ſolutione demum ſecuta pretium acciperet, vid. *Ord Camb. Lipſ. art. 26.* eadem vero deficiente contractus eſſet nullus? (h) Obiici enim poterat, negotiorum geſtorum actionem non competere ei, qui, quanquam putauit ſe vtiliter facere, indebitum ſoluit *l. 23. ff. de Negot. geſt.* aut quod non ſolui debitoris interfuit. *l. 43. ff eod.* vt ſi ſolutio non fuerit neceſſaria, vel patremfamilias oneret, *l. 10. §. 1. ff. eod.* (i) Quippe aliqui fluctus in ſimpulo mouebant, & eos etiam a quibus negotia ſua vtiliter ſic geſta fuiſſe negare non poterant, reſtitutionem ab aliis petere iubebant, ſeque ipſis minime obſtrictos profitebantur. Vnde in communem errorem ac prouerbium tandem inter campſores haud paucos abiit, de ſuo patrimonio eum ſoluere teneri, qui ſine mandato ſoluit. Quo pertinet Paroemia Italica: *Chi paga ſenz' ordine, paga da ſua borſa.* Quam ipſam non nemo adhuc anno 1699. ſibi prodeſſe credidit ad liberationem ab altero, qui tractam ipſius, honoris cauſſa, ſoluerat, nummosque in eius vtilitatem erogatos repetebat, vt patet ex ſpecie facti, quam exhibet *Dn. Leſer.* Schrifftliche Beantw. &c. Beylage *no. 6. rat. 5. p. 90.* (k) Neque enim absque prouiſionis, quam vocant, emolumentum pro aliis facile ſubibant labores, & poterat dubitari, annon gratuitam fidem praeſtare teneretur negotiorum geſtor. *l. 38. ff. d. Neg. geſt.* ſed vid. *§. ſeq. 25. not. F.* (l) *arg. l. 39. ff. eod.*

ac damnum redundet in honorantem;

impudentia quorundam, ſine mandato ſoluta reſtituenda negantium,

Prouerbium Italicum;

lucrum prouiſionis incertum;

4) exactoris;

auctores reuerti prohibitus (m) aut ſaltem ancipiti lite circumactus fuiſſet.

*Adimplementi honoris cauſſa* progreſſus *per adminicula, & tentamina.*

§. X. Attamen iſti quoque obices ſucceſſu temporis remoti fuerunt. Nam varia pedetentim inuenta ſunt adminicula, quibus citra moleſtias antea recenſitas ii, quorum intererat, certiores redderentur de praeſtando atque exigendo honorario adimplemento (a). Idque aliqui neglectis, quas modo allegaui, ſuſpicionibus admiſerunt ac ſine mandato executi ſunt felici ſucceſſu. Neque enim deerant, qui grata mente agnoſcerent officium ſibi exhibitum. Potius credibile eſt, aliquibus, etiam cum emolumentum inde nullum ſentirent, tamen bonae fidei congruum fuiſſe viſum, vt indemnem ſeruarent, qui ſpontaneas in probabile ipſorum commodum impenſas feciſſet. Plane cum intelligerent, quanto ſibi vſui ea res aut fuerit aut in poſterum eſſe poſſet, etiam honorarium alteri, qui collybos ſuos honorauerat, perſoluere non grauabantur. Quodſi alterius cambiis vicisſim executio deeſſet, etiam par pari referendo ad vlteriorem beneuolentiam teſtandam ipſum prouocare non dubitabant. Ille aut mutuo gratias ſponte referebat, aut inuitus cogebatur vicisſim agnoſcere beneficium, quod aliis primus imputauerat.

*Eiusdem* generalis introdu-

Quod cum commerciorum ſalutem manifeſte promoveret, ſenſim plures habuit imitatores. Ita boni mores paula-

ctus dimittendi reliquos in errore veterum, traſſantem poſt acceptatione liberari docentium

(m) Id enim eo facilius in foro admiſſum fuiſſet, quo plures olim ex ICtis acceptatione, etiam libera, traſſantis obligationem tolli ſtatuerunt. Pro quo errore pugnat, & *Bartolum* ac multos alios ex medio aeuo allegat *Reuſner. d. Camb. th. 19.* Quibus addo ex antiquioribus *Salicet. ad l. 6. num. 4. C. d. bon. auct. iud. poſſid. Aretin. Conſ. 5. Thom. Carleual. Tom. poſter. d. Iud. Tit. 3. D ſp 6. n. 25. Bonauent. Strach. d. Decoctor. Part. 5. num. 5.* (a) *Vid. §. ſeq. 17.*

ctio *per mores*, *& leges.*

paulatim reliquorum tenacitatem vicerunt, & vbique locorum in legem vniuerſalem (b) tranſierunt iure obſeruantiae (c). Atque illa poſtmodum, cum conſtitutiones cambiales paſſim conderentur, nusquam improbata legitur (d), ſed fere vbiuis diſerte fuit coufirmata. Quod leges cambiales quam plurimae Italorum (e), Belgarum (f), Germanorum (g), Liuonorum (h), Gallorum (i), Pruſſorum (k) ac Suecorum (l) abunde teſtantur.

*Honoris cauſſa* adimplentur literae cambiales.

§. XI. Quod hac ratione introductum fuit, adimplementum honoris cauſſa in omnibus omnino cambialibus literis locum habet. Nec intereſt, vtrum illae



(b) teſte *Raph. de Turri Diſp. 2. Quaeſt. 13. n. 50. Quaeſt. 14. n. 54.*

Auctoritas ſtyli mercantilis.

(c) ſeu *ſtyli*, quem vocant, *mercantilis*, ex quo cauſae mercatoriae & cambiales potiſſimum deciduntur *arg. c. 8. X. d. conſuet. Bald. vol. 5. Conſil. 440. Col. 1. n. 11. Conſ. 446. Col. 2. num. 4. Iaſon. in l. 2. C. Si contr. ius vel vtilit. publ. Tabor. Barboſ. locuplet. Libr. 17. cap. 54. ax. 1. Magnif. Dn. Horn. d. praerog. mor. German. in concurſ. cum leg. recept. Sect. 1. §. 10.*

Generalis receptio adimpl. honor.

(d) Ne quidem in iis locis, vbi acceptatio limitata pro pura habetur, aut prohibetur. *Ordin. Camb. Wratisl. art. 16. Ioh. Phoonſen. Cap. 12. poſ. 5. 6. Sperander.* Sorgfält. *Negot.* und Wechſl. *p. m. 27.*

Conſenſus iuris Italici,

(e) *Statut. Genuenſ. Lib. 4. cap. 14. § qui voluerit. & §. ſi tracta. Capitoli & ordini delle fiere di Biſenzone cap. 16. 30. 34. 35. 37. Decretum Senatus Genuenſ. ann. 1633. adiectum dict. capitulo 35. Aliud ann. 1636. additum art. 1. ibid.*

Belgici,

(f) *Conſuetud. Camb. Antwerp. art. 5. Statut. Amſtelodam. ann. 1662. in Append. Conſuetud. apud Phoonſen. Part. 2. p. m. 2.*

Germanici,

(g) *Statut. Hamburg. ann. 160 . Lib. 2. Tit. 7. art. 9. Ordin. Nundinar. Bolzanenſ. art. 5. 7. Ordin. Camb. Norib. renou. art. 1. 11. Auguſt. art. 9. Francofurt. renou. art. 8. 9. Wratisl. art. 11. 16. Lipſienſ. §. 17. 36. Brunſuic. art. 16. 19. Ius Camb. Magdeb. art. 22. Brandenb. reuiſ. art. 24.*

Rigenſis, Gallici, Pruſſici. Sueuici.

(h) *Statut. Rigenſ. MSC. Lib. 5. Tit. 8. art. 8.* (i) *Ordinat. Mercator. Regis Ludou. XIIII. Tit. 5. art. 3.* (k) *Ordin. Camb. Ducatus, nunc Regni, Pruſſici art. 9. Dantiſcan. art. 11-14.* (l) *Ius Camb. Suec. art. 7. 12.*

*ſ. ſcribenti ſ. tertio directae, etiam ad traſſantem*

ipſi ſcribenti (a), an tertio fuerint directae: quanquam poſtremarum potiſſimum mentio fieri plerumque ſolet. Multo minus neceſſe eſt, vt mandato alicujus tertii & pro eiuſdem computo cambium traſſatum fuerit, licet id prae ſe ferat communis doctrina (b). Nam certum eſt, poſſe aliquem proteſtatione interpoſita honore literarum ſoluere, etſi traſſantis voluntati hactenus obtemperet, vt de pecuniis exactori cambii praeſtandis ipſi fidem habeat (c). Eo ſcilicet fine, vt inſtar negotiorum geſtoris iure cambiali reſtitutionem ab illo petere queat (d). Deinde fieri poteſt (e), vt ſchedula pro traſſati

Adimpl. honorarium quando locum habere vulgo credatur.

(a) *Ord. Camb. Lipſ §. 36.* (b) Vulgo enim executio teſſerarum collybiſticarum honoraria obtinere traditur, cum acceptator traſſantem ſibi obſtringere mauult, quam alium ab eo delegatum. *Rot. Gen. Dec. 23. n. 17. pr. Sigiſm. Scaccia d. Commerc. & Camb. §. 2. gl 5. n. 358. Vffenbach. d. Proteſtat. in Camb. cap. 3. num. 2. Dn. Hoepner de Cambial. liter. acceptat. cap. 4. num. 110. Dn. Ioh. Georg. Fleck Bibliothec. iur. Ciuil. Libr. 3. Tit. 5. n. 20.* Add. *Ord. Camb. Brunſuic. art. 16. in fin.* (c) *Dn Barth. Hodeget. Forenſ. cap. 4 §. 4. lit. z. num. 5. pag. 700. Dn. Marperger* Beſchreibung der Meſſen und Jahr-Märckte *cap. 10. p. 45.* (d) Vid. *§. 25. lit. V.* vnde vſus adimplementi ſubſidiarii in hoc caſu inſignis, minimum quoad Theoriam, apparet. Nam libere adimplentem ſaltem ordinarie aut ſummarie agere poſſe aſſerit *Dn. Barth. loc. cit.* Id quod principiis proceſſus Saxonici conuenientiſſimum puto, nec vltra remedium *§. 8. Reſolut. grauam. anni 1661.* concedendum arbitror. Vereor tamen, ne, quia ex literis cambialibus & auiſoriis liquere ſolet, quis, quid, quantum, cui, vnde & quando debeat, etiam executiuus proceſſus aduerſus traſſantem decernatur. Licet id menti legum Saxonicarum aduerſum & valde iniquum iudicem. Aliud fert ratio proceſſus in hoc Ducatu vſitati, ſecundum quem dubium non eſt, quin hoc caſu traſſatus ſimpliciter adimplens executiue agere poſſit. Dixi *in Different. ad Dn. Gribner. Princip. Proceſſ. Iudic. Lib. 2. cap. 2. pr. & §. 1. lit. b.* (e) Quod

Tribuit proceſſum cambialem.

Vtrum libere adimplens gaudeat executiuo?

traſſati computo ſcripta non niſi ad alium honorandum executioni mandetur (f). Maxime ſi traſſantem alius honoret quam traſſatus (g), aut hic alium quam illum (h). Quo ipſo ſatis confutatur eorum ſententia, qui ab honorario adimplemento excludunt cambia ſimplex mandatum ſoluendi aut in rationes referendi complexa (i), etiamſi detur, quod vulgo docent (k), illorum ſcriptorem ſe acceptantis debitorem confiteri. De literis cambiariis me acturum negaui, adeoque aliis excutiendum relinquo, an & quatenus asſignationes aliorum honoris cauſa posſint adimpleri. Literas auiſorias hac ratione exequi minime licet deficientibus cambialibus (l), ſine quibus me ſimpliciter quidem illis recte ſatisfit. (m)

*aut traſſatum ſpectantes,*

*vel ſimplex mandatum ſoluendi aut imputandi continentes.*

*An aſſignationes?*

*non lit. auiſoriae.*

§. XII. Ad cambiales ergo literas pertinet adimplementum noſtrum, verum, vtpote ſubſidiarium, non niſi deficiente ordinario (a) ſiue libero (b). Ne ex vſu illius

*Adimplementum honoris cauſſa ſupponit deficere li-*



fruſtra negat *Raph. de Turri Diſp. 2. Quaeſt. 15. num. 32.* (f) etiam ab ipſo traſſato. Accidit enim aliquando, debitum, cui cambium imputari iubetur, non agnoſci, aut inter moram, quae contractibus alio loco perficiendis ineſt, extingui. *arg. l. 41. §. 1. ff. de verb. oblig.* (g) Vid. §. *ſeq. 14. lit. H. L.* (h) *dict §. 14. lit. G.* (i) ſi ſimpliciter mandatum, vt ſoluat, aut ſaltem additum: Stellets a Conto. Vid. *Vffenbach. de Proteſtat. in Camb. cap. 6. num 27.* (k) *Scacc. de Comm. & Camb. §. 2. gloſſ 9. num. 3 Sprenger.* Wechſel-*Practic. pag. 44. Ahaſuer. Fritſch. Addit. 3. ad Vogt. de Camb. th. ſ 7. p. m. 202.* & qui hos magno numero ſequuntur. (l) Diſſentire videtur *Dn. Remer. de Ver. Obligat. Valor. Sect. 2. cap. 13 §. 28.* (m) *Anton. Gama Deciſ. Luſitan. 336. n. 4. Coelius Bichius Deciſ 481. num. 6. 7. D. Marta Digeſt. Nouiſſ Tom. 3. Tit. Epiſtola cap. 18.* vt in caſu valde notabili Hamburgi pronunciatum, eamque ſententiam ab *Illuſtr. Facult. Iurid. Hall* confirmatam fuiſſe refert *Dn. Ludouici Introd. ad Proc. camb. c. 4. §. 17.* (a) *arg. l. 12. l. 16. pr. ff. de Minor. §. 2.*

Traſſatus etiam tractas ſuo computo factas honoris cauſa adimplet.

Ex literis auiſoriis male ſoluitur.

berum

illius intempeſtiuo commercia, quibus per illud conſuli debebat, turbentur (c), & ratiocinia, quae vtramque inter campſores paginam faciunt, diſtrahantur. Deficit autem ſimplex cambiorum executio, atque adeo honorariae locus eſt ſaepius. Primum ſi is, cui cambium dirigitur ab eo loco, in quo adimplementum ſequi debebat, eo tempore, quo illud moribus exigitur, procuratore non relicto (d), abſit (e). Deinde ſi ſoluendo eſſe defierit (f). Denique ſi cambium recuſauerit. Id quod eidem regulariter licet, ſi nolit approbare media reſtitutionis a traſſante, aut, cum cambium alterius gratia celebratum fuit, a mandante oblata (g). Idem permittitur, ſi deſint literae auiſoriae traſſantis (h), vel principalis, quoties negotium ad alterius computum ſpectat (i). Quo loco diſtinctione caſuum tentanda eſt compoſitio recentis controuerſiae, vtrum ſine periculo ſimpliciter adimpleri

*ob traſſati abſentiam, decoctionem, vel diſſenſum.*

an neceſſarium auiſo deficiente?

*l. l. 8. §. 15. ff. d. inoff. teſtam.* (b) *Statut. Ciuitat. Rigenſ. MSC. Lib. 5. Tit. 8 art. 8. Decret. Senatus Gen. pro feriis. Placent. ann. 1633. conditum*, quod poſt *cap. 35. nundinarum Beſenzoniarum* reperitur. *Ordinat. Mercator. Gall. Tit. 5. art. 3.* Idem de acceptatione in ſpecie diſponunt *Ius Camb. Ciuitat. Antwerp. art. 5. pr. Statut. Hamburg. L. 2. Tit. 7. art. 9. Ordin. Camb. Wratisl. art. 11. Dantiſcan. art. 11. Ius Camb. Suec. art. 12.* Pruſſ. *art. 9. Magdeb. art. 22. Brandenb. art. 24.* (c) *arg. l. 25. ff. d. Leg. l. 3. §. 5. in fin. ff. d. Carbon. Edict.* (d) *l. 39. ff. ex quibus cauſis mai.* (e) *Phoonſen cap. 12. poſ. 8.* (f) *arg. Nou. 4. cap. 1. Nou. 99. cap. 1. Ioh. Phoonſen cap. 41. poſit. 22.* quemadmodum cenſuit *Illuſtr. Fac. Iurid. huius Acad. ap. Dn. Ludouic. Proc. Camb. cap. 4. §. 88. pag. 120.* (g) *Scacc. d. Com. & Camb. §. 2. gl 5. num. 358, 364.* (h) *Ord. Camb. Lipſ. §. 27. Brunſuic. art. 16. Sprenger.* Wechſel-*Practic. p. 44. Dn. Fleck. Bibliothec. Iur. Ciu. libr. 3. Tit. 5. num. 28. Dn. Sam. Frid. Willenberg. Diſſ. d. Except. dol. in Camb. ceſſant. §. 19. & 30. Dn. Ludouic. Proc. Camb. cap. 4. §. 58.* (i) *Du-Puy d. art. liter. Camb. n. 1. (qui in verſ. Lat. 2. eſt,) ſeq.*

pleri queant literae cambiales auiſio deſtitutae (k)? Quodſi enim ſolutionem vel omiſſa epiſtolae auiſoriae mentione imperent, vel ea non expectata fieri diſerte iubeant, nihil obſtabit, quo minus libere executioni mandentur (l). Sin ad auiſium ſe referant, vix tuto iisdem ſimpliciter ſatisfaciet, qui eodem caret (m). Caeterum ſi cambium ex parte ſaltem adimpleri contigerit, dubium non eſt, reſiduum honoris cauſa recte praeſtari (n). Licet enim nec particulare adimplementum irritum ſit (o), ratione tamen reſidui minime ſatisfactum credetur (p).

*Locum habet in adimplemento particulari.*

§. XIII. Tranſeo ad perſonas, quas negotium iſtud tangit. Illae triplicis generis ſunt. Aliae per illud honorantur, aliae illis honorem habent, aliis inde acquiritur

Perſonae *adimpl. honoris cauſſa interuenientes;*



(k) Affirmat *Dn. Barth. Diſſ. d. Anticipat. cap. 3 §. 1. Id. Hodeget. Iur cap 4. §. 4. lit. L. p. 685. & lit. Z. pag. 699.* Negat *B. Gottl. Gerb. Titius Iur. priuat. Libr. 10 cap. 5 §. 37.* (l) Neque enim traſſatus videri poterit tacite conſenſiſſe in conditionem a traſſante mente retentam. *arg. l. 9. § 5 ff. de transact. l. 50. ff. de condict. indeb l. 3. §. 7 ff d. Condict. cauſ dat. cauſ. non ſec l. 7. C. eod. l. 25. C. d. transact.* (m) Nam referens ex relato interpretationem capit, *arg. l. 15. §. 1 ff. de alim. legat Phil. Decius Conſil. 647. num. 3.* atque idem continet, ac eſt in illo. *Excell. Dn. Ioh Sam. Stryk. d. dot. non promiſſ. non praeſtand. §. 22.* Proteſtatio vero nimis ſero poſtea, re non amplius integra, auiſio ſubſecuto interponitur. *§. ſeq. 22. lit. B.* vnde acceptationi honorariae locum facit *Ord. Camb. Lipſ. §. 27.* (n) *Ioh. Domin. Peri Negotiator. P. 3. cap. 13. p. m. 37. Sperander.* Vorgſ. *Negot p. m. 10.* Exemplum refert *Rot. Gen. Dec. 142. n. 2. Marta Digeſt. Nouiſſ. Tom. 3. Tit. Epiſtola. cap. 3.* (o) Quoties aut ſtatuta locorum id admitti poſtulant, *fac. l. 21. ff. de Reb. Cred.* aut creditor in illud conſentit. *l 41. §. 1 ff. de vſur.* (p) *arg. l. 3. §. 1. ff d. duob. reis. Nou. 4. cap 1. Ioh. Ronchegallus ad d. l. 3. num. 73. Dn. Harpprecht d. aſſignat. nominis §. 52.*

An libere adimplendum ſine auiſio? Affirm. ſi literae camb. de eo ſileant

Neg ſi ſe ad illud referant

Adimplementum particulare, quando fiat;

I.) Honoratae: 1. obligati ex cambio, vt mandator tractae, traſſans, indoſſans, traſſatus,

tur, quod ex adimplemento ſimplici ſperauerant. Honorari poſſunt omnes, qui ex cambio tenentur, aut ceſſione ab exactore facta obſtringi poſſunt, nec non, qui executionem mandant. Quodſi ergo cambium ab inſtitore alterius iuſſu celebratum principalis honorandi cauſſa ſoluatur, idem tenebitur (a). Quin pro honore traſſantis adimpleri poſſit, dubium non eſt (b), quo caſu id proprie fieri dicitur *honore literarum* (c). Idem licet honore *indoſſamenti*, ſiue in gratiam alicuius ex indoſſantibus. (d). Sunt qui generaliter honore indoſſamentorum adimpleant, eo fine, vt omnes habeant obſtrictos (e). Quod dicis gratia fieri dixeris, cum indosſantes maius commodum inde haud ſentiant, quam ſi ſoli poſtremo is honos habitus fuiſſet. Illi quoque, cui literae directae ſunt, aliquando hoc officium praeſtari poteſt, puta ſi abſens fuerit, poſtquam aut ipſe cambium ſcripſit, aut acceptauit, aut ſe acceptaturum promiſit (f).

Nec

Honoratur principalis & medius inter eum & traſſantem. Quid per honor di Lettera? Vox haec pro traſſante ſumi vulgo creditur. per honor del giro.

(a) *arg. l. 2. l. 3. l. 4. l. 46. ff. de Negot. geſt.* Diſſent. *Peri Negotiant P. 3. cap. 13. p. m. 37.* Par ratio eſt eorum, qui inter primum mandantem & traſſantem intercedunt. vid §. *ſeq. 15. lit. D.* (b) *Ordin. Camb. Lipſ. art. 7. Dantiſc. art. 11.* (c) *Per honor di lettera*, qua voce campſorum ſtylo traſſantem intelligi communis fabula eſt. Vid. *Turri Diſp. 1. Quaeſt. 1. num. 39.* Anleitung zum gründlichen Verſtand des Wechſel-Rechts *edente Heydigero cap. 2. lit. d. pag. m. 14. B. Georg Bever, Volckmann. emend.* Part. I *cap. 25. num. 2.* (d) Proprie *per honor del giro Dn. Margerg.* Beſchreib. der Meſſen und Jahr-Märckte *cap. 10. p. 122.* ſiue *di girata. Anſaldus d. Anſaldis. de Commerc. & Mercat. Diſcurſ. 79 num. 1, 3, 4.* de quo vid. *Ordin. Camb. Lipſ. & Dantiſ. loc. alleg. Conſult. Dn. D. Ioh. Chriſt Koenig. ad Ord. Camb. Lipſ.* §. *17. Annot. 3. 4.* (e) vid. *Phoonſen cap. 12 poſ. 12. cap. 18. poſ. 8.* (f) *arg. l. 46. ff. d. Neg. geſt.* quae parum abeſt, quin caſum in terminis, vt loquuntur, decidat. Add. *Uffenbach. d. Proteſt. Praefat.* verb. *pro eo.*

Nec quicquam impedit, quo minus eius etiam obligationi ita ſatisfiat, qui pro literis cambialibus ex auallo (g) tenetur. Quae tamen omnia limitanda ſunt, niſi quis honoris ſui cauſa cambiales literas adimpleri prohibuerit. Tum enim hic quoque valet, quod alias expediti iuris eſt (h) neminem inuitum negotiorum geſtori obſtringi (i), maxime cum alia ratione conſuli poſſit exactori (k). Interim ſolus modus obtinendae prouiſioni, quam vocant, vnde cambium ſoluendum, praeſcriptus vix inuoluit prohibitionem, quo minus illi ea lege ſatisfiat, vt nummi eidem impendendi aliunde repetantur (l). Quodſi literae cambiales aliquem pretio numerato ſaltem

*aualli ſcriptor: Non prohibens,*

*nec nudus mandatarius,*

(g) id eſt, ſubſcriptione acceſſoria, ex qua ſcribens inſtar debitoris principalis in ſolidum vna cum altero obligatur. *Peri Negotiant. Part. 1. cap. 26. pag. m. 77. Dn. Ludouici* Wechſel-*Proceſſ. cap. 4. §. 93.* (h) *l. fin. C de Negot. geſt.* cuius vſum vindicat *Illuſtr. Stryk. Vſ. Mod. ff. d. Tit. §. 5.* (i) *Statuta Genuenſ. Lib. 4. cap. 14. §. Quando aliquis. Iac. Menoch. Conſil. 296. num. 25. Scacc. d. Comm. & & Camb. § 2. Gloſſ. 5. n. 75. & 390.* Diſſentire videtur *Stypmann. de Iur. marit. Part. 4. cap. 8. n. 34. Bod. theſ. 7. lit. Q.* (k) Quodſi enim illum literarum cambialium dominum eſſe appareat, debitor etiam inuitus omnibus tenebitur ex eius ceſſione, transportatione vel indoſſamento *l. 3. C. de hered. vel act. vend.* Vnde pari fere paſſu ambulat honoraria ſolutio & transportatio. *Statut. Hamb. L. 2. Tit. 7. art. 9. Conſuetud. Camb. Antwerp. art. 5. Statut. Rigenſ. Libr. 5. Tit. 8. art. 8.* Quare nec obſtabit praetextus publicae vtilitatis §. 7. allegatae, cuius intuitu domini prohibitio aliquando negligitur. *Excell. Dn. Boehmer. Introduct. in Ius Digeſt. Lib. 3. Tit. 5 §. 5.* Quo referunt *l. 14. ff. 13. ff. de Religioſ.* (l) Nota eſt controuerſia, vtrum, qui modum ponit mandato, eundem excedi eo ipſo vetet? aliis cum *Arn. Vinn. ad §. 8. I. de mandat. num 5. 6. Schuzio Compend. Lauterb. Tit. Mand. p. m. 288. Struu. ad ff. Exercit. 22. theſ. 12. & in Euolut. ib.* affirmantibus, aliis cum

Auallum quid?

Literarum camb. transportatio earundem adimplemento honorario affinis.

An negotia gerere liceat vltra fines mandati?

*aut manda tor exactionis.*

tem alteri obligationem acquiſiuiſſe (m), aut eas, retento dominio, exactionis tantum gratia nudo mandatario remiſiſſe (n) teſtentur, pro eodem (o) non magis, quam pro quolibet extraneo honorarium adimplementum praeſtare licet. Neque enim honorari videbitur inſcius, cuius nomine, quod iſtum non debere conſtat, perſoluitur.

*2. Mandantes quicunque*

Secus eſt ſi luculenter declaret quicunque, deſiderare ſe, vt ſua gratia collybo ſatisfiat (p). Eius enim mandatum ſuſcipitur, aut negotium geritur tuto, quicquid eius interſit (q).

*II.*) Perſonae honorantes:

§. XIV. Dixi, cujus gratia honorarium adimplementum fiat. Sequitur quis illud praeſtet. Paucis quilibet (a), modo alias literas cambiales ſibi directas vali-de

*Bern. Scotan. ad ff. Diſp. 35. th. 21.* negantibus. Forte non errabit, qui aerem dicet vtrinque verberari. Saltem non eſt dubium, quin, qui literas cambiales certa ratione libere ſolui iubet, eo ipſo alium adimplendi modum aliquando, velut in caſibus *lit. ſeq. N.* nec non § *14. lit. E.* adductis, improbare praeſumatur, plerumque vero in ſubſidium admittat lubens, imo vltro expetat. vid. *§. 7. 8. & 16.* (m) Quod faciunt, qui ipſi ſuum nomen cambio non adſcribunt, ſed alterum alteri valore ſoluto obſtringunt. E. gr. Meuius, in caſu cambii vel indoſſamenti, quo Titius Caio ſolui mandat pro valuta a *Meuio* accepta. (n) Vnde id colligi poſſit, diſquirunt *Exc. Dn. Ludouici de Legitimat. ad cauſ.* § *1. Excell. Dn. Ioh.* Paul. *Kreſſ Specim. Iurisprud. Ciuil. forenſ. Libr. 3. Tit. 22. §. 8. Dn. Koenig ad Ordin. Camb. Lipſ.* § *11. Annot. 1. Id. Diſp. de praeſentat. liter. Camb.* §. *10 - 12.* (o) Add. *Peri Negotiat. P. 3. cap. 13. p. m. 37. Sperander pag. 10.* (p) vt ſi per formulam: oder *ordre*, poteſtatem cedendi conceſſerit, *arg. l. 31. pr. ff. de Negot. geſt.* aut nummos, etiamſi libere ex cambio inſtitori ſoluerenrur, ſibi credi voluerit. *arg. d. pr. & l. 46 ff. eod.* (q) *arg. dd. ll. & §. 3. l. l. 21. C. mand.*

Ius tertii valutam numerantis.

(a) Conſent. de acceptatione *Dn. Willenberg. d. Except. del. in Camb. ceſſant. §. 23.* & de ſolutione *Capitul. Feriar. Veſuntin. cap 35. Phoonſen cap. 18. poſ. 1.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0030-0

*traſſatus.*

de acceptare & ſoluere poſſit. Adeoque nec traſſatus excluditur, qui vel eventuales, ſi quae fuſae fuerint, preces exequi, vel recuſato mandato negotium traſſantis gerere nusquam, ne in Gallia quidem (b), prohibetur (c). Modo cambium non concernat debitum liquidum & praeſens, quo traſſanti eiusue principali tenetur.

*niſi debeat;*

Quamuis enim ne tum quidem inuitus teſſeras creditoris collybiſticas acceptare cogatur (d), tamen ſi ipſius negotium ſuſcipiat, a ſe ipſo exigere debet (e), adeoque loco liberi adimplementi inutiliter adhibet honorarium (f). Quin pro alio, quam traſſante, literas cambiales honoris ergo exequi poſſit, dubio caret (g). Pari-

*exactor;*





Senſus art. 3. Tit. 5 Ord. mercat. Gall

(b) Rationem dubitandi ſupeditat *Ordin. Mercat. Ludou. XIIII Tit. 5. art. 3.* Cui occurſurus *Iac. Du-Puy* caſum, quo traſſatus ipſe ſuper proteſtu honorare recuſat, ſupponi contendit *d. Art. Literar. Camb. cap. 9. n. 8.* qui apud interpretem Latinum nonus eſt. Mihi dicto loco propoſitio non excluſiua, ſed abſoluta contineri videtur, quam ita reddo: *In caſum proteſtationis literarum cambii, eae adimpleri poterunt per quemcunq; ab eo, cui tractae erunt, diuerſum.* (c) *Ord Camb. Lipſ. §. 27. Scacc §. 2. Gloſſ 5. n. 358-373 Raph. d. Turri Diſſ 2. Quaeſt. 13. n. 50. 73. & 74. Marquard. d. Iur. Mercat. l. 2. c. 12. num. 45. Carpzou. d. Camb. theſ. 49.* Interim de traſſato diutius, quam de caeteris, ob neglectos mandati fines diſceptatum fuit. At dubium iſtud iam occupatum eſt *§. praec. not. L.* nec decebat eos, qui quoad reliquos conſentiebant. Nam voluntas domini traſſato declarata vim eandem habet etiam ratione ſcientis exactoris *arg. l. 12. § 2. ff. de Solut.* & cuiusuis negotiorum geſtoris *a. l. 31. §. 4. 5. l 46. ff d. N. G.* (d) Quod vulgo male quidem probatur, bene tamen aſſeritur. Vid. *Iac. Sauary P. 1. L. 3. c. 11. p m. 220. Heydig.* Anleit. zum gründl. Verſtand des Wechſel-Rechts *C. 8 pag. 71 Dn. Koenig ad Ordin. Camb. Lipſ. §. 5. Annot 4 §. 27. Annot. 6. 7.* Diſſent. *B. Tit. Iur. priu. Lib. 10. cap 5. §. 24.* (e) *l. 6. §. f. l. 38. ff. de Negot. geſt.* (f) *Raph. de Turri Diſſ. 2. Qu. 13. n. 35 36.* Diſſent. *Lauterb. d. Iur. in curia mercator. vſitato theſ. 178.* (g) ex. gr. pro indoſſante. *Phoonſen.*

Debitor inuitus acceptare non tenetur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0031-6

*tertius:* ter exactor pro omnibus recte interuenit (h), excepto eius auctore (i). Denique omnes literis cambialibus haud nominati, etiam Bononiae (k), admittuntur (l).

*Traſſans aut indosſans rat. ſolutionis.*

Quodſi quisquam eorum, qui ex literis cambialibus iam tenentur, veluti traſſans aut indoſſans, in loco ſolutionis forte praeſens honorarium earundem adimplementum offerat, eidem permittendam eſſe ſolutionem non dubito (m) acceptationem nego (n), niſi forte cambium adnexa ſchedula eidem fuerit commendatum

*cap. 12. pcſ. 3.* (h) *Ioh. Marquard. d. Iur. ſing. mercat. Libr. 2. cap. 12. n. 45. Dn. Ludou. Proceſſ Camb. cap. 4. §. 56.* (i) a quo immediate accepit cambium. Nam qui huic a praeſentante exhiberetur, honos vſu careret. *Sperander* Sorgf. *Negot. p. m. 10.* ſaltem regulariter. Add *Peri Negot. P. 3. cap. 13. p. m. 37.* (k) Quamuis enim *Capit. Camb. real. Bonon. §. L' accettatione, apud Scacc. pag. m. 506.* inualida declaretur acceptatio non ab eo facta, qui negotiationi, cui tracta dirigitur, praeeſt; id tamen de acceptatione libera intelligi debet. (l) *Ordin. Mercat. Gall. Tit. 5. art. 3. Ordin. Camb. Pruſſ. art. 9. Suecic. art. 12. Wratislau. art. 11.* Idemque docuit *B. Strykius d. Caut. Contr. Sect. 3. cap. 5. §. 13.* in quo lineam integram Typographi recentiores omiſerunt, prono errore ex repetitione vocum earundem: *Licet*, inquit, *recepti iuris ſit*, *vt*, *ſi is*, *cui traſſa facta*, *literas acceptare* (ſuppleo ex prima editione: *nolit*, *vnusquisque tertius illud cambium acceptare*) & *ſoluere*, *indeque ſibi actionem negotiorum geſtorum acquirere posſit contra traſſantem. Marquard. de Iur. Mercat. ſing. libr. 2. cap. 12. num. 44.* (m) *Capit. Veriar. Veſunt. cap. 35. Peri Negotiant. Part. 4. cap. 15. p 20.* Cum nec creditorum interſit, nec mandans, quod mandauit, ipſe exequi prohibeatur *l. 52. pr. ff. pro ſoc. ibique Gabr. Mudaeus n. 1. p. m. 22.* (n) Debitores enim cambii, aut, vt acceptatione facta nouus debitor obligationi accedat, efficere, aut ſufficientem de futura ſolutione cautionem praeſtare tenentur. *Statut. Hamb. Part. 2. Tit. 7. art. 7. Ordin. Camb. Lipſ. §. 21.* At neutrum obtineri traſſante ad acceptandum admiſſo prudenter monet *Dn. Leſer*

Exactor pro ſuo auctore non adimpl. hon. cauſſa.

Senſus Ord. Bonon. §. L' accettatione.

Error Typographicus in Caut. Contr. Strykianis emendatus.

Debitor cambii non acceptat h. e.

tum (o). Qui ſemel pure acceptauit, mutato propoſito honoris cauſa ſoluere merito prohibetur (p). Denique nemini licet mediis, quibus opus erat ad cambialium literarum executionem, acceptis, quemquam, qui cambio ex iis ſoluto liberatus fuiſſet, honorario adimplemento obſtringere (q), etiamſi aliam in promtu habeat

*Non qui iure acceptauit, aut prouiſionem accepit.*



cauſam,

Schrifftliche Beantw. *&c. pag.* 14. Add. *Raph. de Turri Diſp. 2. Qu. 15. n. 1. iunct. Qu. 13 num. 7.* (o) Nam cum iſta commendatio exactorem ad acceptationem a commendato petendam obliget § *ſeq. XVII. not. E.* ſibi imputabit, qui, quem honorario adimplemento deſtinari paſſus eſt, idoneum eſſe comprobauit. *arg. l. 10. § 1. ff Qui ſatisd. cog. l. 3. ff d. Fideiuſſ. l. 1. §. 10. ff. d. ſeparat.* Add. *P. ab Eyndhouen d. Inani Action. propter inop. §. 119.* (p) Qui ſimpliciter acceptauit tractam alterius nomine factam, ſoluere nequit honore traſſantis *Phoonſen. cap. 18. poſ. 2.* nec cambium pro traſſantis computo ſcriptum ad indoſſantes honorandos. *Id. cap. 39. poſ. 22.* Imo ne illum quidem ipſum honoraria ſolutione ſtrictius obligare poteſt, cujus mandatum ſemel ſimpliciter ſuſcepit, adeoque ſic exequi tenetur *arg. l. 17. §. 3. ff. Commod.* Add. *l. 75. ff. d. R. I.* Conf. *not. praec. E. F.* fraudulenta proteſtatione haud releuante *arg. l. 39. ff. d. act. emt. Hartm. Piſtor. Lib. 1. Quaeſt. 37. n. 67.* quicquid diſſentiat *Phoonſen. cap. 18. poſ 3.* (q) Dum enim accipit pecunias ſolutioni deſtinatas, tacite recipit mandatum, idque integrum exequi tenetur Vid. §. *8. not. f.* Quo ipſo etiam remittentis ex cambio creditoribus, quibus ciuili quoque iure debitor valide ſtipulatur *l 38. §. 23. ff. d. V. O. §. 20. I. d. inutil. ſtipul.* obſtringitur, vti *inclyt. Fac. Iur. Witteb. Menſ. Iul. 1698.* in cauſſa G. Rövers c. J. G. Schmieden reſpondiſſe accepi. Fruſtra igitur executione cambii honoraria ius aliunde reſtitutionem petendi acquirere ſtudet ille, quem, etiamſi negotia ſaltem geſſerit, bonam fidem etiam in ſuum praeiudicium praeſtare *arg. l. 19. § 3. ff. d. Neg. geſt.* officium ſuſceptum plene implere, *a. l. 32. §. 2. ff eod.* a ſe exigere *ſupr. lit. E.* ac debitum ab aliis accipere, imo, quantum abſque ſtrepitu iudicii licet, petere oportet *l. 8. pr. l 24. ff. eod.* Add. *Reinh. Bachou. in Primam Part. ff. dict. Tit. C. 5. n. 6. Sta-*

nisi cambium adnexa ſchedula illi commendatum.

Qui libere acceptauit, libere ſoluat.

Accepta prouiſione ex eadem ſoluendum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0033-7

Proedria honoratuorum. I. Intuitu diuerſorum admittitur adimpleturus pro 1) principali licet eadem in aliud debitum imputari poſſet,

cauſſam, in quam accepta velit imputare (r).

§. XV. Quodſi plures ad honorem eidem collybo habendum ſe ſimul offerant, diſceptari ſolet, quis potiſſimum admitti debeat (a). Principio videndum, vtrum eidem omnes, an diverſis reuerentiam teſtari cupiant. Hoc caſu ratio iubet, eum praeferri, qui plurium obligationes tollit (b). Vnde ſequitur, eum, qui principalis

*tut. Gen. libr. 4. cap. 14. §. Etſi quis faceret.* (r) Creditor enim accepta in id debitum imputare tenetur, quod debitor voluit ſolutum, & quo ipſe, ſi deberet, ſe potiſſimum eſſet exoneraturus. *l. 1. l. 3 ff de Solut. Excell. Dn. Boehmer. Introd. in Ius Digeſt. d. Tit. §. 12.* Aliud viſum *Rotae Gen. Dec. 19. n. 5. 6.* quam ſequitur *Vffenbach. d. Proteſt. cap. 3. n. 4. 5.* cum traſſatus a traſſante pro computo tertii, qui traſſato aliunde iam debebat, ſoluere iuſſus, mandato a tertio confirmato, pecunias ab eodem eum in finem remiſſas pro altero debito retinuiſſet, ac nomine cambii, proteſtatione interpoſita, pro honore literarum adimpleti reſtitutionem a traſſante petiiſſet. Sed hac ratione, qui pecuniam remiſit, ſpoliari videtur, *conf. l. 2 ff de ſolut.* ac mercatoria fides proſterneretur, docente *Scacc. d. Comm. & Camb. §. 2 Gl. 5. n. 377. 378.*

Neglectus communis definiendi Protopraxiam honoratuorum.

(a) Eam controuerſiam admodum ſuperficiarie plerique tractant. Plane omittit *Dn. Marpergerus cap. 16.* des neu eröffneten Handels Gerichts *p. 502. ad fin.* in ſpecimine *Ordinationis cambialis pleniae*, quam ſe ex tot Ordinationibus Cambialibus Europaeis, Reſponſis ac Deciſis Collegiorum Iuridicorum, ſententiiſque mercatorum collegiſſe ſcribit. Leges cambiales nec multae eius meminerunt, nec de multis concurſuum ſpeciebus egerunt. Quae obſeruatio eum habet vſum, ne ad alias, de quibus non fuit cogitatum, claſſes extendatur, quae perſonis quibusdam tribuitur, praelatio: quam proinde non niſi caeteris paribus conceſſam intelligi par eſt.

Praelatio eius, qui plures liberat,

(b) *Iac. Du-Puy d. Art. lit. Camb. cap. 9 n. 20* Cum enim is praeter vnum remotiſſimum perfecte reliquos cauſſam ab ipſo habentes liberare, & ne ſibi quidem ad quicquam obligare cupiat: non cadit in illos beneficium, quo per alios poſſint obſtringi. *lit ſeq. L.*

palis debitoris nomine adimplet, reliquos omnes praecedere (c). Proximus eſt adimpleturus pro eo, qui inter ipſum & traſſantem intercedit (d). Succedit honoraturus traſſantem (e). Eum excipit, quisquis honorem habiturus eſt illi, a quo traſſanti valuta fuit numerata (f). Poſtremum locum occupant, qui indoſſantium cauſam agunt, eo ordine, quo indoſſamenta ſcripta (g). Inter plures eiusdem nomine ſemet offerentes voluntas domini pro lege eſt, adeoque negotiorum geſtores cedunt mandatariis (h), & inter hos generales ſpeciali-

*2) eius mandatario, 3) traſſante, 4) eo, qui valutam numerauit, 5) indoſſantibus.*

*II. Intuitu eiusdem ex inaequalibus t. mandatarius,* vt, qui honorat principalem, medium inter ipſum & traſſantem, traſſantem, valutae numeratorem, indoſſantem priorem. Praerogatiua mandatarii,



(c) *Sperander p. m. 10.* Add. *Du-Puy d. l. num. 15. Raph. de Turri Diſp. 2. Quaeſt. 13. n. 78.* Idemque illi innuunt, per dicta §. 5. *lit. d.* qui praeſentanti, traſſato & tertio praeferunt quemcunque libere & ſimpliciter ſoluentem. Vid. *Scacc. §. 2. Gloſſ. 5. num. 389. Vffenbach d. Proteſt. c. 5. n. 17. Hoepner. d. Camb. Lit. Accept. cap. 4. num. 75.* (d) Veluti Benedictus in exemplo ſequente, quo totum negotium illuſtratur. Abrahamus Florentinus (*principalis*) mandat Benedicto Veneto (*intercedenti*) vt pro ſuo computo mille ſumat cambio, D.uidi Francofurtenſi dirigendo. Benedictus cum id exequi non poſſit ipſe, idem Caio Bolzanenſi (*traſſanti*) mandat, qui cambium illius ſummae Dauidi (*traſſato*) ſcribit, Erico Viennenſi eiusue ſubſtituto ſoluendum. Ericus (*indoſſans primus*) id, indoſſamento facto, cedit Franciſco Auguſtano (*indoſſanti ſecundo*), is Gabrieli Noribergenſi (*indoſſanti tertio*), hic Henrico Francofurtenſi (*exactori*). (e) *Du Puy d. l. n. 19. Phoonſen. Cap. 18. poſ. 6. & 12.* vbi ab hoc incipit, nec tamen diſſentit. Vid. *lit. praeced. a.* (f) Conſ. *Du-Puy n. 2.* Quod pariter ad eos pertinet, qui indoſſantibus pretium cambii ceſſi ſoluerunt. Attamen vtrumque non regulariter, ſed tum ſaltem obtinet, cum ipſos ex cambio aut mandato teneri aliunde conſtat §. *13. lit. m.* (g) *Du Puy dict. l. n. 20. Phoonſen. ib.* Ita in exemplo adducto, qui pro Franciſco honorarium adimplementum off.rt, praefertur alii Gabrieſem honoraturo: qui pro Erico, vtrique. (h) *Ioh. Domin. Peri Negotiant. Part. 3. cap. 13 p. 36* Etſi enim, vbi nihil expreſſum, taciti eadem vis ſit, quae expreſſi, *arg. l. 32. ff. d. Leg. l. 3. ff. d. Reb. Cred. l. 94. ff. d. Verb.*

*2. negotiorum geſtorũ a) debitor, b) crediturus.*

bus (i), priores poſterioribus (k). Inter negotiorum geſtores ob vtilitatem honorandi primus locus debetur illius debitoribus, qui ei non niſi liberationem cupiunt praeſtare (l), ſequentem occupant credituri, qui ipſum ab aliis ſecurum reddere volunt, vt ſibi obſtringant. Ex his quoties impar onus eidem impoſituri ſunt, praeferri meretur, qui ipſum minimum grauaturus eſt: veluti, qui ſe ſpatio ad reſtitutionem conceſſo eroganda tantiſper in rationes relaturum pollicetur (m), aliis pecunias recambio ſumturis. Eadem ratio pro illo militat, a quo honoratum plane dimiſſum iri magna ſpes

eſt,

in primis ſpecialis, & nouiſsimi.

Prioratus debitorum.

Protoſtaſia credituri ſpatio ad reſtitutionem indulto,

*oblig. Euerhard. a Middelburg. Loc. Argument. Legal. Loc. 27.* Orto tamen concurſu expreſſa voluntas tacitae praefertur. *arg. l. 39. §. 1. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Euerhard. d. l. num. 20. Suendendoerffer ad Fibig. Proceſſ. p. 245.* Eamque vim traſſantis mandato tribuunt *Capit. Nund. Veſunt. Cap. 35. Sperander p. m. 26. Phoonſen. cap. 12. poſ. 14. C. 18. p. 6.* vbi idem de indoſſante monet. (i) *arg. l. 80. ff. de R. I.* ex quo generale mandatum etiam anteriori ſpeciali poſtponit *Chriſtian. Henel. Comment. ad Libr. 3. ff. Tit. de Procur. lit. M. p. m. 120.* (k) *l. 31. §. f. ff. Mandat. c. 14. X. eod.* modo eadem ſit plurium mandatorum latitudo. (l) *Phoonſen Cap. 12. §. 14.* Ex eodem fundamento qui integram ſummam debet, prae alio partem tantum a ſe, fide honorato de reliquis habita, exacturo admitti debet. Sed haec praelatio ad illos tandem debitores pertinet, qui ſolutionem honorariam ex debito ſuo praeſtant, quod iis non licet, quibus illius intuitu tractae a creditore directae ſunt. His enim potius ſimpliciter, quam aliis honoris cauſſa, ſatisfacere tenentur. *Statut. Genuenſ Lib. 4. cap 14. §. ſi antequam. Scacc. §. 2. Gloſſ 5. n. 391.* (m) Add. *§. ſeq. 19. not. H.* Quem aliis praefero, ſiue traſſatus ſit, de quo id nominatim docet *Du-Puy d. l. §. 17. Conf. Cap. 7. Nundin. Bulzan.* ſiue alius. Ratio eſt, quia pretium, ſiue curſus, quem vocant, recambii debitorem plerumque valde grauat. Ex quo principio ordinationes cambiales vſurariae prauitati occurſurae vetant, ne cambio cum proteſtatione re-

ue rſo

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0036-4

eſt, aliis eidem incubitaris (n). Quodſi omnes debeant, aut aequali onere credituri ſint, is praecedit, quem aequitas & negotiationum commoditas praeferri ſuadet (o). Vnde ante omnes praeſentanti (p), poſtea traſſato

*III. Inter aequales*
*1) exactor,*
*2) traſſatus,*

uerſo recambium regulariter poſcatur. Vid. *Lipſ. §. 30. Brunſuic. art. 26. Dantiſc. art. 22. Ordin. Mercator. Gall. Tit. 6. art. 4.* Aliud tamen ſupponere videntur, qui pecunias cambio ſumi, easque eo fine, vt promtisſime inde ſolui queat recambium, otioſas ſeruari ſuadent, ac inde nih lominus traſſanti lucrum ſatis pingue promittunt. Vid. Fürſtliche Macht-Kunſt oder unerſchöpffte Gold-Grube *Cap. 8. §. 29. p. m. 216.* (n) Vnde ſpe futurae ſolutionis ſimplicis praeferri merentur libere vel cum proteſtu adimpleturi. *Du Puy d. l. n. 17. & Ax. 4. Capit. Feriar. Bulſan. cap. 7.* vid. *§. ſeq 19. not. G.* (o) Add. *Peri dict. cap. 13.* (p) Exactorem praeferunt *Statut. Gen. lib. 4. cap. 14. §. Si tracta. Capit. Nund. Veſunt. Cap. 35. Bolzanenſ. Cap. 7. Ordin. Camb. Auguſt. art. 9.* Idem ex ſtylo cambiali tradunt *Sig. Scacc. §. 2. Gloſſ. 5. n. 389. Peri loc. alleg. Phoonſen Cap. 12. poſ. 14. Cap. 18. poſ. 6. Du-Puy d. l. n. 18.* Quorum ſententiam ex iure communi defendit *Turri Diſp. 2. Qu. 15. n. 1. 12. ad fin.* & ex eo *Vffenbach. Cap. 5. n. 7-16.* quem ſequitur *Hoepner. d. Camb. Lit. Acc. Cap. 4 n. 74. 75.* Potisſimam rationem a mandato tacito confutaui *§. praec. 8.* reliquis non immorabor, ſed alias dabo, quas puto potiores. 1) Cum deficiat ſolida ratio alios praeferendi, iniquum eſt, exactorem inuitum ad nomen vendendum cogi. *l. 5. C. de ſolut.* 2) Idem posſidet literas cambiales, eſtque eo intuitu melioris conditionis *l. 10. ff. de pignor. l. 128. ff. d. R. I.* 3) Commodius ſibi ipſi ſoluit per ſolam ſcripturae directionem, adeoque in pari cauſa praeſtat negotium paucis abſolui. 4) Plerumque parcitur prouiſioni traſſato ſoluendae, cum exactori idem honorarium debeatur, ſiue pecunias ab alio praeſente exigat, ſiue cambio correſponſali abſenti directo ſumat. (5) Ita inuitatur liberum adimplementum &c. Traſſantem tamen praeſentanti praefert *Carpzou. Diſp. d. Camb. theſ. 49.* allegans *Ioh. Marquard. d. Iur. mercat. ſingul. Lib. 2. cap. 12. n. 45.* vbi nihil de hac quaeſtione reperio.

Proedria libere vel cum proteſtatione adimplentis.

Primatus exactoris,

eius rationes.

Diſſenſus Carpz.

*3) tertius.*

to (q), hisque demum deficientibus cuiuis extraneo (r) licebit hoc officio defungi.

III. Perſonae, quib9 adimplementum honoris cauſſa praeſtatur. *Quo pertinent exactores, volentes, imo inuiti quod ſolutionem,*

§. XVI. Nunc videndum eſt, cui praeſtetur honorarium literarum cambialium adimplementum, quod pro quibus ſuſcipiatur, & a quibus, ſatis mihi pro inſtituti ratione videor excusſiſſe. Fit illud eidem, qui liberam earum executionem ſperauerat, exactori (a). Ac de volente quidem dubium nullum ſupereſt (b). Inuitum quoque ad ſolutionem honoris cauſſa, niſi eam ſibi ipſe praeſtare malit, accipiendam teneri manifeſtum eſt (c). De acceptatione ſtatuta cambialia diſſentiunt, aliis (d) rem exactoris arbitrio permittentibus, aliis (e) ipſam quoque admitti praecipientibus. Poſtremam ſententi-

Praerogatiua traſſati, extraneorum

Exactor ſibi ipſi adimplet

Acceptatio honoraria poteſt non admitti. Diſſenſus ſtatutorum, (Art. 16. Ord. Camb VVratisl. cum art. 11. conciliat9)

(q) *Statut. Gen. Scacc. Du-Puy loc. cit. Vffenb. d. l. n. 17. Hoepner. d. l. n. 75.* Eumque tertio cuique praeferri iubet 1) negotii compendium, cum intra pauciores omnia peragantur, & quoad ipſum adimplementum, & epiſtolas eo nomine vltro citroque ſcribendas. 2) Conſeruatio ſcripturae mercatoriae, qui minus mutatur, traſſato quomodocunque adimplente, quam ſi plane alius ſatisfaciat. 3) Commoditas adimplementum honorarium in liberum mutandi, ſi poſthac defectus ſuppleantur. (r) Quodſi plures concurrant, potior erit, quem honorandus praeſumitur praelatum cupere. v. gr. cognatus, proximior, & magis idoneus, Add. *Carpzou. Proceſſ. Tit. 5. art. 6. n. 28.* Inter omnino pares exactori optionem permitto. *arg. l. 2. ff. d. duobus reis.* (a) Etiamſi is ipſe honorare cupiat *arg. l. 13. ff. de Negot. geſt. l. 9. §. 5. ff. de admin. & peric. tut.* Add. *§. 22. not. K.* Modo non incidat caſus, quo id fruſtra fieret. vid. *§. 14. lit. I.* (b) Poſt ea quae *§. 10.* plenius deducta fuerunt. (c) Cum eius non interſit, quis ſoluat *l. 12. §. 5. ff. mand. pr. I. Quib. mod. toll. oblig.* add. *l. 17. C. d. ſolut.* (d) *Ordin. Camb. Norimberg. art. 11. Dantiſc. art. 11. & 14.* (e) *Statut. Gen. Lib. 4. cap. 14. §. Si tracta. Ordin. Camb. Lipſ. §. 17. Wratisl. art. 11.* cui aduerſa fronte oppoſitus videtur *art. 16.* vbi acceptatio honoraria adſtringitur ad conſenſum exactoris. Sed componi ta-

tentiam aliqui iuri conuentiorem putant (f), alii priorem amplectuntur (g), quibus merito ſubſcribo (h): vt *non acceptationem regulariter.*

E ta-

men haec pugna poteſt, ſi poſtremus locus de eo caſu capiatur, quo exactor ipſe quoque honorarium adimplementum meditatur, aut eidem contradicendi poteſtatem ab honorando accepit. Tum enim eius diſſenſus vbique regulariter aliis obſtabit. vid. §. *praec.* 13. *lit.* I. & §. 15. *lit.* N. (f) *Dn. Marperger.* Fragen & Doctorum.
über die Kauffmannſchafft. *pag.* 215. *Dn. Koenig. ad d.* §. 17. *Ord.* Ratio dubi-
*Lipſ. Annotat.* 5. ex ratione, quia creditori perinde eſt, quis ſol tandi,
uat. Verum quanquam id argumentum ad ſolutionem quadrat, reſponſio,
plurimum tamen intereſt, quis acceptet. Poſſet equidem vlte- exceptio,
rius vrgeri praeſumtio, qua quilibet ſoluendo eſſe creditur, donec contrarium probetur. Add. *Menoch. de Arbitr. Iud. Quaeſt. Lib.* 2. *Centur.* 1. *Caſ.* 87. At eam nec ſatis probant, nec conſtan- replicatio,
ter defendunt Doctores. vid. *P. ab Eyndhouen. d. Inan. Action. propter inop.* § 23. vbi poſtquam auctoritate *l. f ff. d. agnoſc. & al. liber.* & plurimorum ICtorum inopiam ab aſſerente probandam *p.* 55. tradidit; eandem in dubio praeſumi *ex l. f.* §. 10. *C. d. iur. delib.* variorumque deciſionibus *p.* 59. contendit, idque inter alia lepida ratione, quod omnes naſcamur nudi, ex *Caualer. Deciſ.* 233. *n.* 1. probat. Saltem campſores indiſtincte locupletes iudicari non poſſunt. Plane *Scacc.* § 1. *Quaeſt.* 6. *n.* 15. tam alienus eſt ab illa praeſumtione, vt potius accipientes cambio ad dilapidandum tendere videri ſcribat. Id certum eſt, fruſtra ſperari generaliter, omnes ſoluendo fore, qui aliena debita recipiunt. Itaque vagae eiusmodi, ſi quae apud ignaros valent, coniecturae exactoris arbitrio certioribus & ſpecialioribus argumentis plerumque nixo merito locum cedunt. Quo praeſtructo non moror iura varia, quibus diſſentientium cauſſam inſtruere poſſem ex *l.* 25. § *f. l.* 26. *de recept. l.* 2. §. 8 *ff. d. religioſ. l.* 14. §. 2 *ff d. conſtit. pec. l.* 9. *pr. l.* 60. *ff. locat. l.* 1. § *f. ff de aqu. & aqu. pluu.* (g) *Dn.* Conſentien-
*Willenberg. de Except. dol. in camb. ceſſant.* §. 23. *Phoonſen cap* 12. tes.
*poſ.* 13. *Dn. Leſer* Schrifftliche Beantw. *&c. p.* 14. Eamque ordinationis ſuae cambialis. *art.* 38. inſeruit *Dn. Marperger.* Neu-eröffnetes Handels-Ger. *Cap.* 16. *p.* 514. (h) Nam qui cambium cum Ratio deci-

tamen mandatarium ex culpa in admittendo aut recuſando acceptatore commiſſa domino teneri contendam (i). *Ampliatio.* Caeterum notorium decoctorem aut ipſum cambii debitorem ne quidem ſtatutis comprehendi cenſeo, quae admisſionem alicubi neceſſariam reddiderunt (k). *Limitatio.* Vice verſa nusquam ab honoraria acceptatione arcendum exiſtimo traſſatum (l), aut commendatione; quam

remittente celebrat, aut, vt traſſatus illud acceptet, efficere, aut cautionem interim praeſtare tenetur. Huic ergo obligationi praeciſe ſatisfaciendum eſt, non alius ſurrogandus, ſicut inuito aliud pro alio non ſoluitur *l. 2. §. 1. ff. d. reb. cred.* nec nomen aſſignatur *Dn. Harprecht. d. aſſignat. nom. § 8. conf. l. 45. §. 2. ff. Mandat.*

II. Adde, quod nullo iure aut aequitate adigi queat exactor, vt minus idoneum admittat. *arg. l. 25. § 2. ff. d. recept. l. 14. § 2. ff. d. conſtitut. pecun.* Id vero ſi ipſi relinquatur aeſtimandum, fruſtra ad bonum nomen agnoſcendum cogetur. Iudicis arbitrium de hac altioris indaginis quaeſtione expectari non patitur cambiorum celeritas. Denique deterior fieret praeſentantis conditio, non modo, ſi alter minus ſoluendo foret, ſed &, ſi difficilior conueniendo *l. 2. l. 7. ff. qui ſatisd. cogant. l. 1. ff. ſi quis in ius vocat.* At nundinarum rationibus aduerſatur incolas melioris conditionis eſſe, quam exteros maximis priuilegiis acciri ſolitos. Itaque ex iſto etiam fundamento defenditur libertas exactoris in cambiis regularibus ſeu nundinalibus, quae irregularibus normae inſtar eſſe communis opinio eſt. *Petr. Müller. ad Struu. Synt. Iur. Ciuil. Ex. 25. theſ. 40. n. 4.* (i) *arg. l. 15. ff. de Admin. & peric. tut.* (k) Cum enim ex horum acceptatione finis, quem ſibi contrahentes propoſuerant minime poſſit obtineri; vid. *§. 14. lit. N.* *Statutorum diſſentientium limitatio.* iniquam puto ſtatuti generalis ad caſum ex peculiaribus rationibus excipiendum applicationem *arg. l. 90. l. 192. §. 1. ff. de R. I.* add. *l. 15. § 4. ff. Locat.* licet in eam inclinari videatur *Dn. Leſer d. l. p. 13.* cuius magna eſt apud me auctoritas. (l) Quia vtrum libere an honoris cauſſa acceptet, exactori perinde eſt, *Phoonſen Cap. 12. poſ. 6.* At prius permittere tenetur.

quam creditor agnouit, aſſignatum (m), aut idonee caventem (n). Quodſi quis conſentire noluerit in honorarium, quod admittere tenebatur, adimplementum; Genuenſes id ab ipſo recuſante tacite praeſtitum fuiſſe fingunt (o). Idemque alibi etiam perinde habendum exiſtimo (p), niſi quod proceſſui cambiali contra eum vix locum concedam (q).

*Iniuſte diſſentiens ipſe honoraſſe videtur.*

§. XVII. Vt autem illae ad finem communem facilius queant concurrere, adminicula quaedam in vſu ſunt, paucis nunc enarranda. Ex loco cambii celebrati, qui

Adminicula adimplementi honorarii,



(m) *Dn. Leſer. d. p. 14.* Ratio patet ex §. *praeced. 14. lit. O.* (n) *Phoonſen d. l. poſ. 12.* Modo ſecuritatem oblatum ſufficere in continenti liqueat. (o) *Statut. Gen. d. l. Scacc §. 2. Gloſſ. 5. n. 389. Raph. de Turr. Diſp. 2. Quaeſt. 15. num. 11.* (p) Quod *Scaccia* de Ciuibus ſuis refert, quaſi ius generale repetit *Vffenbach. d. Proteſt. cap. 5. n. 3.* Nec id male. Nam de negotiis non geſtis tenetur is, cuius contemplatione alius ad haec non acceſſit *l. 6. §. 12 ff d. Negot. geſt.* & ad idem obligatur, quod alter praeſtitiſſet *§. 1. in fin. ff. d. obligat. quae quaſi ex contr. naſc.* Omnes ergo, quos alterius adimplementum honorarium liberaſſet, ab illo ſecuri erunt. Imo non modo ab ipſo illo exactore, ſed & ab eius auctoribus. Fruſtra enim hi ab aliis poſcent euictionem, ad quam ipſi non tenentur exactori *l. 51. pr. l. 56. §. 1. ff. l. 15. C. de euict.* damnumque ab ipſo datum merito ferent, quod eum elegerint, qui eo ipſos adficeret *l. 21. § 3. ff. de Negot. geſt. l. 60 §. 7. ff. Locat.* Plane ſi is, quem exactor iniuſte recuſat, iure praelationis gaudeat, eoque vti velit, poterit illum ad acceptationem vel ſolutionem admittendam iisdem mediis adigere, quae traſſato ſimpliciter adimpleturo aduerſus moroſum in accipiendo competunt, iamque a me ſupponuntur. (q) Rigor enim cambialis ad literas cambiales adſtrictus eſſe videtur &, ſi actionem ad valutam petendam excipias, de qua vid. *Ord. Camb. Lipſ. §. 26.* ad eos tantum pertinere, qui ex ſua in illis ſcriptura obligantur. Reliquos licet cambii intuitu obligatos mitiori proceſſu puto conueniendos.

Iniuſte recuſans pro honorante habetur vbique,

& cogi poteſt, vt honorarium adimplementum admittat.

Proceſſus cambialis a literis camb. dependet.

*ex loco contractus*
*I. mandatum debitoris.*
*II. Schedula commendatitia.*
*In loco ſolutionis*

qui de literarum vel indoſſamentorum ſuorum honore ſolliciti ſunt, mandatum expediunt ſæpiſſime, quo quis in omnem euentum ſubornatur(a), idque aliquando denunciant exactori (b). Non raro mandatum eventuale inſcribunt cambialibus literis (c), ſaepius ſchedulae commendatitiae, quam illis adiungunt (d). Huius poſtquam conditio extitit, eadem efficacia eſt, quae tractae ſimplicis (e), niſi quod proteſtationum ſolemnia aduerſus mandatarium haud requiram (f). Quoties hinc

Subornatio honoraturi.
Indiciam exactori faciendum,
aliquando miniſterio traſſati.
Schedula commendatitia.
Notitia.
Addreſſe.
Eius formula.
Effectus.
An proteſta-

(a) Vel ipſe traſſatus, ſi tracta ratione proprietatis tertium concernat: vel alius, illo plerumque inſcio. Cuius moris meminit *Matth. Bode Diſp. de Camb. theſ. 7. lit. G. Conſult. Dn. Henr. Zopffel d. Teſſer. Collybiſt. Sect. 4. §. 7. operis maioris* von Wechſel-Brieffen und dero *Vſanten p. 103.* (b) Siquidem illum nouerint. Aliquando remittens, vt ipſum ea de re certiorem reddat, rogatur. Eaque potiſſimum obtinent, ſi dubitare poſtea incipiat de adimplemento traſſati, quem cambii ſcriptor initio idem optime ſperauerat executurum. (c) Vel traſſato mandant, ut ſi ipſe literas recuſet, exactorem ad tertium ableget. Quoties nimirum non dubitant palam fateri, quod alium ſubſtituerint, ſiue ambigentes, vtrum ipſe ſimpliciter ſoluturus ſit, ſiue de illius diſſenſu iam certiores facti. (d) Nempe cera, oblata acuue affigitur cambialibus literis ſchedula, quam *notitiam* vocat *Dn. Barth. Hodeget. Forenſ. cap. 4. §. 4. not. aa. p. 704.* campſores plerumque appellant eine *Addreſſe*) vid. *Dn. Leſer* Schrifftliche Beantw. *&c. &c. p. 14.* vbi refert formulam, qua vulgo vtuntur: Mangel verhoffender Richtigkeit iſt ſelbe bey Hr. N. N. zu finden. Aliam eodem tendentem refert *Dn. Barth. d. §. 4. §. 676.* aliam *Dn. Koenig. Annot. 3. ad §. 17. Ordin. Camb. Lipſ.* (e) Itaque, qui per illam rogatur, vt cambio ſuppetias ferat, pariter ad mandatum ſuſcipiendum cogi nequit, ſuſceptum vero exequi debet. Viciſſim, qui eandem accepit ab eo, qui in illa nominatur, adimplementum petere tenetur. Ex obligatione nimirum communi eorum, qui aliena negotia tractant. (f) Quodſi pariter adim-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0042-7

hinc in loco ſolutionis ſub inuicem haud innoteſcunt, qui cambii executionem praeſtare cupiunt exiguntque, *III. Sciſcitatio exa-*

E3 dili·

plere nolit alter, etiam contra eum proteſtationem interponendam ac in inſtrumentum redigendam eſſe contendunt. *Dn. Barth. d. not. aa. Dn. Leſer. loc. cit.* Quae ſententia inde adiuuatur, quod is traſſato videatur ſubſtitutus eſſe, adeoque non ſolum in locum, ſed & in ius ſucceſiſſe. *arg. l. 23. ff. de Manumiſſ. Iac. Menoch. Conſil. 211 n. 74.* tam quoad commoda, quam incommoda *c. 7. X. de Immunit. Eccleſiar.* Add *l. vn. pr. C. de Collegiat.* Verum argumentum allatum tum ſaltem procedet, cum ipſum cambium alicui, & eo recuſante alteri directum eſt, in qua ſpecie idem iuris eſſe, ac ſi vnus tantum oneratus fuiſſet, definit *Ius Camb. Suec. art. 11. in fin.* Diſpar ratio videtur, ſi alius ſubſtituatur per meram aſſignationem, quae nec alias, etiamſi cambii intuitu facta fuerit, opus habet proteſtatione. Sicuti ab eadem teſte quotidiana experientia, illi quoque recte abſtinent, qui diligentiam in exquirendo honorante ignoto a iure praeceptam, vid. *lit. ſeq. G.* fruſtra adhibuerunt. Maxime cum aequi boniqueratio, &, quam iudex in obſcuris ſequi iubetur, *L. 192. §. 1. ff. de R. I.* benignitas, minime patiatur, liquidisſimi iuris priuatione creditorem multari ob neglecta ſolemnia, quae & minus neceſſaria ſaltem non improbabili errore credidit; & ex abundanti ſeruare, potisſimum quia ſumtus requirunt, merito dubitauit, & mandantis fidem apud alios, ad quos ea res nihil pertinet, labefactatura eſſe nonnunquam praeuidit. Quae Doctorum regulis, earumque fallentiis porro exornare facillimum eſt. Nam ſurrogatum naturam eius, cui ſurrogatur, non ſapit, ſi ſit diuerſae qualitatis. *Alex. Libr. 3. Conſ. 106. num. 17. Pariſ. Libr. 3. conſ. 49. n. 70.* aut vna commisſionis forma ab altera multum differat. *Menoch. Conſ. 340. n. 42. 43.* Deinde ſurrogatio ad naturam rei primordialem adſtringitur, nec quoad accidentalem, ſiue intuitu eorum, quae accidentaliter ſuperueniunt, admittitur. Vid. *Salicet. ad l. Certi condictio 9. ff. de Reb. Credit. Euerhard a Middelburg Loc. Argument. Legal. Loc. 122. num. 20.* Id lubens omitto, quod vulgo

tionem requirat? Affirmantes. Ratio dubitandi.

Reſponſio.

Negatur. Rationes decidendi

I.

II.

III.

IV.

V.

Conſenſus brocardicorum.

*ctoris & honoraturi. IIII. Notarii mercantiles.*

diligenti ſciſcitatione alter alterum explorat (g), Quodſi non niſi ab vno aut paucis Notariis peculiaribus (h) negotia mercatoria expediantur, ex illorum ore aut libris facillimum eſt neceſſaria diſcere (i). Ad eundem ſcopum

Error communis de ſtricta interpretatione ſtatutorum.

vulgo docent, ſtatuta ſtricte interpretanda, quo minimum a iure communi recedant, ex quo principio illa ad perſonam expreſſam nominatim adſtringit *Bald. in l. maximum vitium 4. num. 6. verſ. Praeterea C. d. liber praeter.* Quam male enim erronea haec interpretandi regula Jurisprudentiae conſulat, ſatis oſtendit *Excell. Dn. Ludewigius d. emendand. German. Iurisprud. cap. 20.* Interim

Proteſtatione opus non ſoluente eo, qui honoris c. acceptauit.

rim proteſtatione omnino opus erit, ſi moras in ſoluendo nectat aſſignatus, poſtquam acceptatione honoris ergo iam praeſtita prioris locum in ipſis literis cambialibus plene occupauit. (g) Quod fieri iubet *Ordin. Cambial. Lipſ.* §. 36. Idque perficitur,

ſciſcitatio fit generaliter in boerſa oretenus, ſchedula affixa, ſpecialiter.

dum generaliter inter campſores, maxime in aedibus publico eorum conuentui deſtinatis, *boerſas* vocant, quaeritur, vtrum aliquis huius vel illius cambia exigat, aut honoris gratia exequi cupiat. Quod aliquando ſchedula valuis publicis affixa denunciatur. Quodſi negotium tangat campſorem aliquem inter ceteros celebriorem; norunt plerique, cuius ex praeſentibus opera is potiſſimum vti ſoleat, eundemque nominatim ad literas recuſatas ſoluendas aut exigendas inuitant. (h) Notarii vel

Notarii & Cancellarii mercatorii in nundinis Italicis, Bolzani, Venetiis, VVratisl. & Francofurti.

Cancellarii peculiares negotiis mercatoriis & inprimis proteſtationibus cambiorum conſtituti ſunt in nundinis Italicis, vid. *Capit. Feriar. Veſuntin. cap. 30.* & Bolzanenſibus ſecundum *Capit. harum Nundin. 6.* Venetiis, *Phoonſen cap. 11. poſ. 4. in not. Ricard. Traité General du Commerce p. m. 155.* multisque aliis plateis. *Dn. Koenig ad* §. *36. Ord. Camb. Lipſ. Annot. 6.* vt Wratislauiae & Francofurti ad Moenum memini obtinere. Add. *Ordin. Camb. Franc. art. 9.* Horum in noſtro argumento ingens eſt vſus, quem ſibi

Actuarius mercat. Lipſ.

quoque ab actuario Iudicii mercatorii praeſtari voluerunt Lipſienſes *dict.* § *36.* Sed non tulerunt id ampliſſimi illius collegii rationes. Vnde dicti actuarii operam ad hunc finem nemini prod-

Vtilitas illorum in hon.

eſſe, nec a quoquam requiri habeo perſuaſum. (i) Nam cum

ipſi

pum aptiſsimae ſunt, quibus Itali in nundinis cambialibus vtuntur. intimationes (k).

*V. Imitationes.*

§.XVIII.

ipſi proteſtationibus literarum cambialium interueniant, ſciunt, quae cambia honorario adimplemento indigeant, & cui illorum exactio curae ſit. Supereſt ergo, vt, qui eadem exequi cupit, id illis denunciet. Imo ipſis Cancellariis feriarum Italicarum non ante proteſtus inſtrumentum exactori tradere permittitur, quam campſores aut potisſimam earum partem rogauerint, vtrum aliquis collybis illis honorem velit habere. *dict. cap. 30.* Denique copias omnium literarum cambialium, quarum nomine proteſtatio fuit interpoſita, inſerere iubentur libro publico, quem cuiuis campſori eo fine permiſſum eſt perluſtrare *Phoonſen. it. Ricard. d. locc.* & *Capp. all.* inter quae *Capit. 6. Feriar. Bolzanenſ.* apud *Phoonſenium p. 190* mendoſe legitur verbis: *lettere, che ſaranno in poteſtate* pro *proteſtate*, quod ſphalma non a Typographis, pro more, inſertum, ſed ab ipſo interprete praeteruiſum fuiſſe, oſtendit verſio Belgica: *de brieven die in handen zullen zijn.* Caeterum relata refero, cum ex Dni *Marpergeri* Beſchreibung der Meſſen und Jahr-Märckte *cap. 10. p. 45. itemque pag. 122.* recenſeo, Bolzani literas cambiales, de quibus proteſtatio facta, ideo in aperta capſa †) omnium inſpectioni publice exponi. Non item facerent Lipſienſes, qui nec quidem literas cambiales acceptatas & probabiliter extra litem poſitas boerſae publicae ab ipſis exactoribus inferendas arbitrati ſunt, veriti ne ex tanto numero quaedam amitterentur, ſi ipſi ſaltem poſſeſſores ſolutionem particularem iisdem inſcribere, aut plene adimpletas ſoluentibus tradere ibidem cogerentur. Quam prouidentiam approbauit & pro fundamento legis latae agnouit *Sacr. Reg. Maieſt. Polon. Declarat. ordinat. Mercat. & Camb. Lipſ. ann. 1699. Deciſ. 2. in fin.* quae extat *Statut. Lipſ. p. 103.* (k) Harum meminit *Capit. 35. Nundinar. Veſuntin. in fin.* vberiorem deſcriptionem dedit *Peri Negotiant. P. 1. cap. 23. pag. 72.* Germaniae inſtitutis eae non conueniunt. Quare ſufficiet paucis commemorare mores Italorum. Hi peculiari genere nundinarum vtuntur, quas cambiales

adimplemento.

Vſus librorum publicorum, quos eo fine apertos tenent.

Vera lectio cap. 6. feriar. Bolzan.

Vtrum Bolzani literae cambiales, de quibus proteſtatio facta, in capſa publice exponantur?

Intimationes Italorum.

†) in einer offenen Schachtel.

Tempus adimplementi hon. cauſ. *quod ſtatim offerre licet, non tamen oportet. Idem praeſtandum*

§. XVIII. His adminiculis tempeſtiue vti ſolent, nec eam induſtriam lex vlla aut conſuetudo improbat. Potius etiam, cum dubius adhuc eſt ſimplicis adimplementi euentus, ſubſidiariam operam exactori offerre licet (a). Non tamen oportet eam, nec illi quidem, quem honoraturi ſumus, tam cito polliceri (b). At praeſtare eandem tum demum permittitur, ſi tempore, quod acceptationi vel ſolutioni liberae definitum eſt, inchoato vel eandem ab eo, cui cambium dirigitur, vel-

uti

ales vocant. In iis ſi quis aliquid ad nundinalia negotia ſpectans in eorum, quorum intereſt, notitiam peruenire cupiat, Cancellario id denunciat, ſiue *intimat*. Tum primo feriarum die earum Magiſtratu & negotiatoribus praeſentibus ſolemnis conuentus celebratur. In eo initium nundinarum fieri iubet Magiſtratus. Hoc edicto eas orditur Cancellarius eo ipſo, dum publice praelegit factas ſibi denunciationes ſ. *intimationes*.

Ante recuſatum adimplementum liberum offerre honorarium licet,

(a) Vt vt aliqui ſecus ſentire videantur. Nam ex ore mercatorum ſe referre ait *Vogt. d. Camb. theſ. 7. lit. C. p. m. 116.* repetente *Ioh. Marquard. d. Iur. mercator, & Commerc. ſingul. Lib. 2. cap. 12. n. 44. Anonymo Heydigeri cap. 8. p. 72* daß keiner = = ſich *praeſenti*ren könne / oder dörffe = = zu *acceptir*en = = ehe und bevor derjenige / auf welchen die Brieffe gezogen ſind / *proteſtir*en laſſen. Vnde *R. Strykius* vetat, ne quis prius offerat &c. vid. *Cautel. Contract. Sect. 3. cap. 5. § 14 Vſus Modern.* Pandect. *Tit. de Rer. permutat. §. 13.* Id vero de obligatione ſimplici intelligi debet, conditionalis in caſum ſubſecutae proteſtationis concepta vtique permittitur.

non oportet.

(b) Equidem non nemo aliquibus perſuaſit, ſe traſſato, qui literas eius cambiales honoris cauſſa ſoluerat, ideo minime obſtringi, quod is acceptatione ſimpliciter recuſata honorarium ſibi adimplementum eo tempore haud obtuliſſet. Attamen praeuia acceptatione & ſolutionis promiſſione minime opus fuiſſe rectius reſpondit de illa ſpecie conſultus *Dn. Leſer* Parere *Hamb.* quod exhibet in denen Beylagen zur Schrifftl. Beantw. *&c. &c. N. 6. p. 89-93.* Ratio patet ex *not. ſeq. E. n. 2.*

luti poſt abſolutam eius recuſationem aut decoctionem (c) iuſto die fruſtra expectari appareat, vel is in mora ſit (d). Tum vero ad ſolutionem admitti honoraturus debet, & ad acceptationem poteſt, licet traſſatus non omnem futurae ſolutionis liberae ſpem tollat (e). Quod ſi quis *tum deficit liberum, etiam a ſoluturo qui acceptare noluerat:*



(c) Vid. §. *praeced. 12. lit. F.* (d) Elapſo nimirum ſpatio, quod acceptanti vel ſoluenti conſuetudine aut conuentionis lege conceditur. Quodſi exactori indulta ſit libertas largiendi inducias ad acceptationem, vid. *Ius Camb. Magdeb. art. 7. Brandenb. art. 9.* vel ſolutionem, vt in *Ordin. Cambial. Auguſt. art. 5.* poterit pro lubitu honorarium adimplementum oblatum vel ſtatim admittere, vel tantiſper recuſare. De proteſtatione praemittenda ex inſtituto dicam §. *ſeq. 20 -- 22.* (e) Diſſent. *Dn. Koenig ad* §. *8. Ordin. Camb. Lipſ. Annot. 3.* Add. *Annot. 1. ad* §. *30.* Pro cuius ſententia duplex ratio allegari poteſt. Nam I. *Ordin. Camb. Francof. art. 9.* protocollo, de quo §. *praec. 17. lit. I.* dixi, inſeri tantum iubet cambia, quorum nomine ob non factam acceptationem proteſtatio *abſolute* interpoſita fuit. II Denique pleriſque locis cambiales literas, quarum ſolutio non ſimpliciter denegatur, ne quidem poſt proteſtationem de non facta acceptatione ad auctorem licet remittere, ſed dies earum expectari & ſolutio denuo peti iubetur. *Ius Camb. Pruſſ. art. 10.* Quare, antequam periculum ſit, ne cambia inania reuertantur, locus videbitur denegandus remedio ad id impediendum inuento, & ſubſidiario, adeoque nec admittendo, quo vsque ordinarium ſperatur. *arg. l. 11. pr. ff. de teſtam. tutel.* add. §. *praeced. 12.* Verum Francofurtenſe ſtatutum proteſtationem abſolutam intelligit non ratione futurae ſolutionis ſed acceptationis, cumque hac nondum ſimpliciter denegata etiam ante lapſum ſpatii ad acceptandum indulti proteſtationem permittat *art. 8.* merito cauet, ne traſſato per eam praeiudicetur. Porro quoties periculum in mora eſt, ſubſidiarium remedium ordinario pendente recte adhibetur *arg.* §. *1. I. de Attil. tut.* At proteſtu ob deficientem acceptationem ablegato, qui ex cambio tenentur, cautionis oneri aliisque incommodis

Spatium ad implementi liberi Induciae.

Acceptatio honoraria locum habet abſolutam recuſationem liberae ſolutionis.

Ratio dubit. I. II.

Reſponſ. I.

II. Ratio decidendi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0047-6

*Non neceſſario ante vel poſt terminum, attamen ante extraneum & traſſatum,*

ſi quis honoris ergo acceptare noluerit, non ideo poſt recuſationem ita ſoluere prohibetur (f). Lapſus termini acceptationi vel ſolutioni ſimplici deſtinati plenus non impedit, quo minus adhuc in ſubſidium ſatisfiat (g), nec tamen neceſſario debet expectari (h). Quoties inter plures aeqnales traſſatus tertio aut exactor vtrique praeferri cupit, acceptare vel ſoluere tenetur, antequam ab aliis fuerit praeuentus (i). Contra qui remotiori

modis ſubiiciuntur, adeoque illis etiam auertendis honoraria acceptatio inſeruit, ac recte adhibetur, licet de ſolutione adhuc dubitetur. Add. *l. 7. §. 3. ff. de dol. mal. c. 8. X. de integr. reſtit.* (f) Vid ſententia mercarorum, quam *not. praec. B.* allegaui & *Iudicio* ſuo *mercatorio* inſeruit *Dn. Marperger.* Anhang von *Parer.* und *Reſponſ. pag. 148 - 151.*

Exactor honoraturo inducias concedere non cogitur.

(g) Citra praiudicium exactoris. Is enim inducias ſibi noxias concedere non compellitur, quo pertinere puto *Statut. Genuenſ Libr. 4. c. 14. §. Qui voluerit.* Saltem adimplementum poſtea oblatum, ſi eius nihil interſit, admittere tenetur. *a. l. 135. § 2. ff. d. V. O.*

Lapſus termini omnimodus non eſt neceſſarius.

(h) Spatium enim additum creditur in traſſati fauorem *arg. L. 17. ff. d. R. I.* Quo ceſſante fruſtra expectatur tempus ideo praeſcriptum. Vnde minime obſtat *Capit. 5. feriarum Veſuntinarum & Decretum ſenatus Genuenſis anni 1633. Capitulo 35. ſubiectum.* Proinde cambium nundinis Lipſienſibus directum primo ſecundae ſeptimanae die, non expectato termino ſolutionis peremtorio, honoris cauſſa recte ſoluitur. Atque ita intelligo *Dn. Dondorff d. Term. peremt. ſolut. & proteſt. cambior. §. 87. in fin.*

Praeuentio.

(i) Poſtea enim ne quidem ſimpliciter adimpleturus tertio honoranti praefertur. *Ordin. Camb. Wratislau. art. 11. Lipſ. §. 17. Brunſuic. art. 19. Auguſt. art. 9. Dn. Koenig. ad d. art. 17. Annot. 8. Dn. Willenberg. d. Except. dol. in Camb. ceſſ §. 23.* Vt tertius in honoraria acceptatione traſſatum praeuenturus termini ad ſoluendum deſtinati lapſum expectet, fruſtra requirit *Dn. Remer. de Ver. Oblig. Valor. Sect. 2. cap 13. § 61.* nec quicquam, quod huc trahi queet, habent auctores ad id confirmandum ab ipſo excitati.

motiori debitori honorem habiturus eſt, aut vnum e-undemque minus grauaturus, etiam poſt implementum honoris ergo ab aliis iam praeſtitum admitti debet (k), modo illi indemnes ſeruentur (l). *niſi minus priuilegiatum.*

§. XVIIII. Itaque creditoribus praeiudicare non debet adimplementum literarum cambialium honoris cauſſa. Ex quo conſequitur, illis id eadem ratione praeſtandum eſſe, qua liberum. Acceptatio ergo in ſcriptis facienda eſt (a), & in ipſa ſchedula cambiali honorantis potius, quam Notarii, manu exaranda (b). Eaque ſubſcriptio etiam ab eo, cui acceptationis petendae cura commiſſa eſt, ſi ipſe cambium exequi velit, recte exigitur (c). Vt ipſe literarum cambialium dominus acceptationem honorariam ſubnotet, neceſſe non eſt (d). Reliqua pariter naturam & ius acceptationis ac ſolutionis ſimplicis imitantur, niſi quod, qui parte ſaltem cambii a traſſato promiſſa reſiduum in ſe recepit, vltra quantitatem nominatim acceptatam nuſquam teneri videatur (e). De tacita acceptatione nihil ſupereſt, quod

Modus adimplementi honoris cauſſa. *1) Intuitu creditorum imitatur liberum, etiam quoad acceptationem, admiſſa tamen particulari.*

F 2

(k) *Phoonſen cap. 12. poſ. 16. & 17.* Ratio petenda eſt *ex §. ſeq. 26. not. O.* (l) Vnde aliud obtinet, ſi, qui honoris cauſſa adimpleuit, pecunias iam ſumſerit recambio, *Phoonſen cap. 18. §. 13.* Add. *§. ſeq. 26. not. P.* (a) *Ordin. Camb. Dantiſc. art. 11.* (b) Notarii quidem ſcripturam in cambio requirit *Dn. Willenberg. de Except. dol. in camb. ceſſ. §. 23.* Sed aliud diſerte docet *d. art. 11.* ab ipſo quoque excitatus. (c) *Phoonſen cap. 12. poſ. 11.* (d) *Id. ibid. arg. l. 41. pr. ff. d. Euict. l. 11. ff. d. Legat. 1.* Niſi forte vrgente alio benignis conditionibus honoraturo, cui admiſſis iisdem praeferri cupit exactor. (e) Licet enim alicubi limitationes acceptationibus additae pro non adiectis habeantur, vid. *Ord. Camb. Lipſ. §. 8.* id tamen non alium finem habet, quam ſecuritatem creditoris quoad integram obligationem ex acceptatione ſimplici acquiren-

Honoris cauſa adimplendum ante recambium. Accept. honor. cambio non inſcribitur a Notario nec domino literarum camb. fieri poteſt quoad partem reſiduam

*2) intuitu honorati ſuſcipitur*

quod addam iis, quae iam occupaui (f). Eorum, qui honorantur, intuitu liberius eſt honorantium arbitrium. Poſſunt enim vel expectato eius, cuius cauſſa cambium ipſis directum, mandato tantiſper alternatiue, nimirum *libere aut ſupra proteſtum*, ſatisfacere (g): vel benignis conditionibus honoris cauſſa adimplere, quo pertinet executio cambiorum, quam *ſupra proteſtum computi* appellant (h): vel eo animo, vt erogata ſuo arbitratu,

*libere aut ſupra proteſtum, S. P. C.*

quirendam. Aſt illam praeſtat potius, quam impedit acceptatio reliquorum. (f) §. *praec. 16. lit. O - Q.* (g) Id fieri docet *Du-Puy d. art. lit. camb. cap. 9. n. 13. edit. Latin. 14.* quoties traſſatus ab eo, pro cuius computo cambium fuit celebratum, ſoluendi media tenet, ſed eius mandato deſtituitur, adeoque ſe obſtringit ad ſolutionem mandato ſecuto, libere; non ſecuto, in honorem traſſantis praeſtandam, vel ratiociniis inſerendam. Eundem ſenſum eſſe puto *capit. 7. Feriar Bulſanenſ.* cum *acceptationis ſupra proteſtum mandati expectandi gratia* meminit. Itaque huius formulae ea vis eſt, vt conſenſu domini tempeſtiue cognito euaneſcat honorarium adimplementum & in liberum reſoluatur. Quae ſpes quia ſatis probabilis eſt, merito non caret effectu, vt dictum §. *praec. 15. not. N.* Equidem alium porro modi huius vſum allegat *Du - Puy d. l.* eumque ſolum in hoc argumento explicando commemorat *Ricard. Traite General du Commerce p. m. 152.* Nempe cum literae cambiales ab eo, cui traſſatus fidem habet, ei ſcriptae fuerunt pro computo alterius, a quo nondum accepta eſt, ſed tamen adhuc ſperatur prouiſio. Verum ea ſuperueniente ſemper libere ſoluere oportet §. *praec. 14. lit. Q. R.* adeoque cum haec conditio tacite inſit negotio, ſuperfluum eſt hoc caſu nec attendi meretur alternatiuum adimplementum, *arg. l. 1. ff. de Legat. 1.* cuius ope alias tantum non ſemper Protopraxia ſua fraudari poſſet exactor. (h) Adimplementum hoc *Sopra Proteſto Conto* campſores ſolitam breuitatem ſecuti tribus literis initialibus *S. P. C.* exprimunt. *Peri Negot. Part. 4. cap. 15. in fin. Du-Puy d. l. num. 12.* qui in Latina *edit. 13.* eſt. *Ricard. loc. all.* Idque hono-

Adimplementum alternatiuum: libere vel ſupra proteſtum.

Abuſus eiusdem.

Adimplementum Sopra Proteſto Conto.

tu repetere ipſis liceat, hoc officium exhibere, quod indicant, quando *ſupra proteſtum* (i) acceptant. Sunt, qui ali

*S. P.* *An cum obligatione*

F 3

honorario ſimplici praefert *d. cap. 7. Fer. Bulzan.* Huc enim pertinent literae acceptatae *per mettere conto*, id eſt, vt ponatur computus. Fallitur quippe vernaculus interpres *ap. Dn. Koenig. Appendic. Annot. ad Ord. Camb. Lipſienſ. p 263.* qui id ad publicam pretii cambiorum aeſtimationem refert, vertitque: von denen Brieffen welche mit *Proteſtation accepti*ret werden / deswegen und darüber noch andere Verordnung / oder biß der Conto gemacht wird / zu erwarten. Licet enim parum abſit, quin illa dictio vtrumque ſenſum aequaliter admittat; ſeries tamen orationis poſtremum reſpuit, cum per totum diem computo, quo pretia cambiis ponuntur, ſtatuendo praefinitum deliberare liceat, vtrum quis literas ſibi directas acceptare velit an recuſare *cap. 5.* Caeterum, quam vim habeat hoc adimplementum non conſentiunt ſcriptores. *Io. Dom. Peri dict. loc.* contendit, recambium ſalua traſſantis obligatione, tum illi dirigi, cuius intuitu pecunia primum cambio ſumta fuit. Sunt, qui ſic honorantem ab illo ſolo, dimiſsis reliquis, reſtitutionem petere exiſtiment. Quod refert & vanum iudicat *Id. Part. 3. cap. 13. p. m 37. pr.* ideo quia eam vbique proteſtationi cauſſam & efficaciam tribuit, vt ſcriptor cambii, donec illi ſatisfiat, teneatur, ſecus ac §. *praec. 13. lit. A.* aſſerui. *Iac. Du-Puy loc. cit.* hac ratione illos ait adimplere, qui tractis pro aliorum, quos recuſant, computo ſibi directis honore traſſantium ſatisfaciunt, quoties illorum nummos poſsident. Adſtipulatur *Sim. Ricard. loc. all.* addito caſu, quo modus reſtitutionis minus gratus ab ipſo traſſante offertur. In eo conſentit vterque, ſic adimplentem, vt recambii expenſis parcatur, pecunias ex cambio ſoluendas in rationes ſaltem referre. Id vero etiamſi traſſanti nihil debeatur, fieri poſſe oſtendi §. *praec. 15. lit. M.* Quae omnia adimplementum ſupra proteſtum computi ſaltem recambium non admittere, caeterum vero variis admodum occaſionibus & conditionibus praeſtari ſatis euincunt. (i) *Sopra proteſto.* Quod indicant literae initiales: *S. P.* vid. *Peri dict.* cap.

Senſus Cap. 7. feriar. Bulſanenſ.

Effectus adimplementi S. P. C. controuerſus.
vt retraſſetur principali:
vt reliqui dimittantur:
vt ſoluatur ex pecuniis traſſantis:
vel recuſata reſtitutione ab ipſo oblata:
vt pareatur recambio.
Vltimus effectus generalis eſt.
Adimpl. Sopra Proteſto.

*eorum, qui cauſam habent ab honorato? Inferendum acceptationi* cum obligatione aliorum, quae fruſtra reſeruatur,

aliquorum honori hoc ita tribuant, vt ſaluam velint aliorum, cauſſam ab illis habentium, obligationem (k). Sed vereor, vt iſta cautio ſatis certam exorta lite praeſtitura ſit ſecuritatem (l). Caeterum, quoties quis honoris cauſſa acceptat, neceſſe eſt, vt id in ipſa, quam cambi-

*cap. 15. Du-Puy d. l. num. 9. Lat. 10. Ricard. loc. all. Dn. Leſer.* Beantwort. *&c. p. m. 13.* quo ipſo facultas honoranti iure conceſſa nullam ſuſtinet reſtrictionem. (k) Idque admittit *Phoonſen*, ſiue acceptetur S. P. cum obligatione traſſantis *cap. 30. poſ. 18 19.* aut honore eiusdem, cum obligatione indoſſantis cuiusdam *cap. 12. poſ. 12.* ſiue ſoluatur honore traſſantis cum obligatione indoſſantium *cap. 18. poſ. 22.* (l) Proteſtando enim iura competentia conſeruantur, non acquiruntur noua. *Illuſtriſſ. Dn. Praeſes de proteſtat. fact. contr. theſ. 8.*

Ratio I. Nec vllius momenti eſt proteſtatio in his, quae non tam ex voluntate noſtra, quam ex legum diſpoſitione dependent. *Sand. Deciſ. Libr. 4. Tit. 9. Defin. 9. Carpzou. P. 1. Conſt. El. 11. Def. 18. num. 4.*

II. At leges cambiales, ſaluo tantum vinculo acceptantis, creditorem a propioris debitoris auctore ad priorem, cauſſam ab hoc habentem, redire non modo non permittunt, ſed diſerte vetant. Vid. *Ord. Camb. Lipſ. art. 20.* in quam ſententiam reſpondit *Illuſtr. Fac. Iurid. huius Acad. ap. Dn. Ludouic.* Einleitung zum Wechſel-*Proc. cap. 4. §. 12. in fin.*

III. iniunguntque, vt a poſtremo indoſſante ad praecedentes ordine haud interrupto reuertatur. *Ius Camb. Magd. art. 20. Brand. art. 22.*

Ratio dubit. Quare nec indulgendum eſt obtentui damni, quod ex gradato regreſſu oritur, auertendi. Add. *Peri Part. 3. c. 13. p. 36. in fin.*

Reſponſio. Id enim commodum in remotiores debitores redundat, propioribus non ſolum haud prodeſt, ſed praeiudicaret etiam, ſi ipſi tenerentur. Nam principali non ſatisfaciente etiam onerarentur grauisſimis recambii auctori ſuo directi & ab eo denuo reuerſi impenſis, in quas ipſos diſerte condemnat *Phoonſen d. c. 30. poſ. 20.* At aequitas non eſt, quae de vnius commodo cum aliorum iniuria laborat. *arg. l. 54. §. 1. ff. de furt. i. l. 206. ff. d. R. I.* Add. *c. non eſt putanda 27. I. q. 1. cauſ. 14. q. 1. per tot.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0052-3

cambialibus literis inſcribit, acceptatione moneat (m). Formulae tamen *pro conſeruatione honoris & fidei N. N.* (n), quam plerique ſcriptores commendant, aliquem vſum eſſe vix credo (o). At nomen eius, quem quis honorare

*formula decora, addito nomine honorati.*

Acceptatio honoraria cambio inſcribitur,

(m) Equidem aliqui id ſuperfluum putant, ſi coram Notario proteſtatio interponatur. vid. *Bode. d. Camb. Theſ. 7. lit. K. in fin. Dn. Barth. Hod-get. For. cap. 4. §. 4. lit. Z. pag. 703.* Sed vtrumque requirit *Ord. Camb. Lipſ.* § *17. Pruſſ. art. 9. Dantiſ. art. 11.* Solent ergo tum adhiberi verba: *accepto S. P. honore literarum* &c. vel ſimilia *Du-Puy dict. cap. 9. n. 5. Lat. 6.* Idque generaliter receptum videtur. Plane, cum in Gallia poſt ſolutionem auerſae literarum cambialium parti apocha ſoleat inſcribi, eidem etiam executionem traſſantis honore factam ab exactore inſeri iubet *Sauary Parfait Negociant Part. I. Libr. 3. cap. 6. pag. m. 160.*

eiusque confeſsio apochae inſeritur.

Formula vulgaris: bey Ehren und Credit zu erhalten.

(n) den Traſſirer bey Ehren und Credit zu erhalten. Ita cambio ſubſcribendum monent *B. Dn. Stryk. de Cautel. Contract. Sect. 3. cap. 5. §. 12. Id. de Action. For. inueſtig. Sect. 1. Membr. 7. §. 25. Illuſtr. Dn. Berger. Supplem. ad Elect. Proc. Execut. Theſ. 50. poſit. 34. p. 14. Dn. Barth. d. l. p. 702. i. p. 699* aliis magno numero praeeuntibus. Nam communis perſuaſio eſt, exiſtimationem debitorum cambialium, cambiis abſque executione reuerſis, apud alios laedi, adeoque per eum, qui ſubſidiarium adimplementum praeſtat, ab imminente periculo liberari. Vid. *Dn. Koenig Annot. 4. ad §. 17. Ord. Camb. Lipſ.*

non eſt in vſu, nec conueniens negotio.

(o) Neque enim eum aut ab vllo campſore allegatum memini, aut negotio congruere exiſtimo. Reditus literarum cambialium cum proteſtatione ignominiam campſoribus non importat, niſi ex cauſſa recuſationis eorum exiſtimatio iacturam patiatur. *arg. l. 22. ff. de his qui not. infam.* Tum vero illi reparandae ne ſufficit quidem honorarium adimplementum. Saltem rariſſime quicquam imputari poteſt indoſſantibus, maxime quoties cambium per plures perſonas ambulauit. *arg. l. 15. ff. de Minor. l. 39. ff. d. euict.* At horum etiam honore ſolet adimpleri. *§. praec. 13. lit. D.* Quare hoc ita interpretor, ſatisfacientem re ipſa oſtendere, quantum honorem ipſe alterius ſcripturae habeat, non quam

cupiat

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0053-8

norare cupit, addendum eſt (p), niſi ipſi traſſanti hoc officium praeſtetur, (q).

Solemnitas praecedens duplicis proteſtationis. I. fit ab exactore.

§. XX. Haec tamen haud ſufficiunt, niſi proteſtationum etiam publicarum ſolemnia praecedant. Proteſtationum inquam: duplici enim opus eſt. Prima contra defectum adimplementi ſimplicis interponitur (a), eoque officio exactor defungi debet, non qui honoris cauſſa cambium executurus eſt (b). Id vero cur requiratur,

Quis honoratus credatur ſi adimpleatur honore literarum, per honore, per honor del giro.

Proteſtatio ob defectum adimplementi ſimplicis non fit ab honorante.

cupiat eiusdem famae ſuppetias ferre, ideo quod illam alias labefactatum iri putet. Saltem vix decet publice eum, qui officium alteri exhibere decreuit, rem illi iam tum adeo ignominioſam publice prae ſe ferre. Vt concludam ſimili; recte iudex inferior appellationem admittit, & par etiam a pari ad forum incompetens vocatus comparet: ille in ſuperioris, hic in vocantis honorem. At quis vtrique ſuaſerit, vt proteſtetur, hoc ideo tantum fieri, quo honorem non illis ipſe, ſed illorum apud alios, ſeruet illibatum? (p) *Ord. Camb. not. praec. M. allegatae Dn. Ludou. Introduct. ad* Proc. *Camb. cap. 4. §. 59.* (q) Nam is intelligitur, ſi *honore literarum* acceptetur, *Bod. de Camb. Theſ. 7. not. I. Anonym. Heydigeri. cap. 8. p. 75. add. §. praec. 13. lit. C. conf. tamen Dn. Hoepner d. Camb. Liter. Accept. cap. 4. num. 94.* aut ſimpliciter *per honore*, quoties debitum in eum vltimo redundat. Haec enim interpretatio & plurium liberationi fauet, *arg. l. 47. ff. de O. & A. l. 9. ff. de R. I.* & contra eum fieri debet, qui clarius, cum potuit, non eſt locutus. *arg. l. 39. ff. de pact.* Quodſi quis adimpleat *per honor del giro*, id eſt, honore indoſſamenti, ex iisdem rationibus primum indoſſantem videbitur obligaſſe. *arg. l. 38. ff. de V. O. i. §. ſeq. 26. not. N.*

(a) *Ordin. Mercat. Gall. Tit. 5. art. 3. Ordin. Camb. Lipſ. §. 17. Dantiſc. art. 11. Ius Camb. Magdeb. art. 22. Brand. art. 24. Sprenger* Wechſel-*Practic. § 17.* Eaque ſupponi videtur etiam ab iis, qui nominatam eius mentionem non faciunt. Vid *Ius Camb. Suec. art. 12. Anonym. Heydigeri cap. 8. p. 76.* (b) *dd. ll. Marquard. d. Iur. Merc. ſingul. L. 2. cap. 12. n. 44. Vogt. Theſ. 7. lit. D. p. m. 115. Dn. Willenberg. de*

Exc.

ratur, non vnam omnes cauſſam allegant. Aliqui ambiguae interpretationis controuerſiae hac ratione occurrendum exiſtimant (c). Alii certo conſtare aliter negant, traſſatum literis cambialibus non eſſe ſatisfacturum (d), quam conditionem exiſtere neceſſe eſt, antequam locus ſit honorario adimplemento (e). Genuinam rationem ſtatuta cambialia docent, quo ſaluus ſit honoranti aduerſus honoratum regreſſus (f), traſſantisque *non interpretationis, aut probationis ergo, ſed ad conſeruandum ius erga debitores.*

G & in

*Exc. dol. in camb. ceſſ.* § 23. Attamen hanc proteſtationem vel ab ipſo traſſato vel a praeſentante fieri poſſe tradit *Dn. Barth. Hodeget. Forenſ. cap.* 4. §. 4. *not.* z. *p.* 700. *in fin.* Eandemque nomine procuratoris ab honorante interponi ſcribit *Hoepner. d. Camb. liter. Accept. cap.* 4. *n.* 94. (c) Rationem hanc generalibus verbis ex *Dn. Remero d. ver. oblig. valor. Sect.* 2. *cap.* 13. §. 50. obſcurius excerptam non poſſum luculentius explicare. Neque enim, quae eius mens ſit, diſtinctius dicere audeo. Rectius itaque integra eius verba adducam: *Proteſtatio dupliciter conſideratur, vel pro ipſo proteſtationis actu, ad quem ſuſcipiendum praeſentans inuitatus, quod correſpondens acceptationem plane denegauerit, vel iuxta tenorem literarum recuſauerit, dum acceptationem in honorem traſſantis ſaltem interpretatus eſt: in quo caſu prudenter agit, ſi mediante proteſtatione praeſentans voluntatem declaret ſuam, ne proteſtatio deinceps alio modo interpretatur.* (d) *Dn. Barth. d pag.* 700 *pr.* Quam aſſertionem de certitudine legali intelligo. Naturaliter enim res aliunde certa eſſe poteſt, nec occultari a traſſatis aut negari ſolet. Sed iura, cum proteſtationem requirant ſolemnitatis gratia, alias probationes non admittunt. Idemque forſan in mente habuit *Dn. Koenig.* proteſtationem ideo exigens, quia per illam probandum, traſſatum non acceptauiſſe *Annot.* 11. *ad* §. 17. *Ord. Camb. Lipſ.* Id enim ex ipſa literarum cambialium inſpectione ſatis patet. (e) §. *praeced.* 12. *not. A, B. C.* (f) *Capit. Feriar. Veſuntin.* 34. *Ordin. Camb. Lipſ* §. 17. *Ius camb. Magd. art.* 22. *Brandenb. art.* 24. Nam 1) honoratus non raro cauſſam habet ab aliis, ad quos non poteſt

Diſſent.

Eius vſus aduerſus interpretationem dubiam ſecundum Remerum.

An inde conſtare debeat de adimplementi liberi defectu?

Ratio huius proteſtationis, conſeruatio obligationum.

& indoſſantium obligatio, in exactoris in primis commodum, illibata perſeueret (g). Vnde ſimul patet, ad debitum, quod honorans acceptando contrahit, hic minime reſpici, adeoque ipſum etiam ex acceptatione ante proteſtationem praepoſtere facta teneri (h). Vt tranſmisſio

*non acceptantem obligandum.*

eſt reuerti, ſi quid in exactione fuerit neglectum. Vnde iniquum foret, ipſum iure, quod viciſſim aduerſus alios habebat, extincto teneri. *arg. l. 19. §. 3. ff. d. neg. geſt.* II.) Etiam qui pro ſuo computo traſſauit, acceptatione facta vel actione aduerſus traſſatum ceſſa a remittente eiusque ceſſionariis liberatur, quoties proteſtatio neglecta fuit *Ius Camb. Magdeb. art. 9. & 19. Brandenb. art. 11. & 21.* Itaque ſibi imputabit, qui alterius nomine plus, quam illum debere conſtabat, ſoluit. *l. 23. ff. de Negot.* III.) Licet honoratus nummos cambio comprehenſos adhuc ſaluos habeat, tamen exactori, neglecta proteſtatione, non competit actio cambialis. Itaque tum quoque honorans eidem non poterit in pinguius ius ſuccedere. *arg. l. 143. l. 54. ff. d. R. I. c. 79. eod. 6.* (g) *Ord. Lipſ. d. l. Sperand.* Sorgfält. *Negot. p. m. 27.* Quisquis enim interpoſita proteſtatione iuri ſuo aduerſus traſſantem ac indosſantes non cauet, cum tenori cambii non ſatisfit, illis dimiſſis fidem acceptantis ſequi cenſetur, *Rhet. de verſur. Part. 1. cap. 5. Theſ. 12.* illis pacto tacito liberatis. *arg. l. 2. C. de pact.* Conf. *ICtus Celeberr. Dn. Gerard. Noodt. d. pact. & transact. cap. 2. pag. Oper. 655. a.*

Extinctio obligationum neglecta proteſtatione.

(h) Equidem praepoſteram acceptationem ob ordinis pro regula praeſcripti neglectum inualidam pronunciat *Dn. Koenig. ad d. §. Annot. 10.* Cuius ſententiam adiuuat, quod, quae praepoſtere fiunt, non valere videantur *arg. l. 5. C. d. hered. act.* Verum ipſa quoque *ordinatio Lipſ. d. §. 17.* acceptationem obligare ſimpliciter aſſerit, & tum demum, quid honorans pro conſeruando iure aduerſus literarum & indoſſamentorum ſcriptores praemittere debeat, ſubiicit. Quam ob rem a neglectu eorum, quibus actio aduerſus alios ſeruari debet, ad nullitatem acceptationis minime licebit argumentari. Nam vt docet *Illuſtriſſ. Dn. de Coccei. d. his quae praepoſt. fiunt cap. 1 §. 7.* & probat *l. 64. pr. ff. d.*

Acceptatio praepoſtera obligat. Ratio dubit.

Rat. decid.

miſſio inſtrumenti proteſtationis ad locum, vnde literae cambiales acceptae fuerunt, praecedat, nec opus eſt, nec liquido a quoquam requiritur ante honorariam acceptationem (i). Eadem vero obtenta nouam de libera ſolutione deficiente proteſtationem tum demum exigo, ſi & nemine honoris cauſa ſoluente eadem nihilominus opus eſſet (k), & acceptans traſſato ſimpliciter adhuc ſoluturo cedere cogeretur (l).

*Praecedens transmiſſio proteſti non requiritur.*



*ff. de Excuſ.* praepoſteri exceptionem fruſtra opponit, qui ordinem in ſuum fauorem ſancitum inuertit. Accedit *arg.* §. *3. I. Quib. mod. toll. oblig.* (i) Potiſſimus enim honorariae acceptationis fructus eſt, ne publicum proteſtationis teſtimonium auctori ſuo mittat exactor, ſed vt ab illius incommodis liberetur honoratus. Alias plerumque nullum ipſe emolumentum ex illa ſentiret, ſed ſufficeret honoraria ſolutio die cedente poſtmodum ſecuta. Add. §. *23. not. E.* Quod quia tam liquidum eſt, quam imber, cum pluit, merito dubio, vtrum quisquam diſſentiat. Et ne dubitarem quidem, omnes conſentire, niſi aliqui, forte praeter intentionem, aliud ſcribere viderentur. Ita *Dn. Zipffel. de Teſſer. Collyb. Sect. 4.* §. *6. Tractatus vernac. p. 102.* requirit, vt prius *proteſtum ille, cui res ipſa* (legendum: *remiſſa*) *directa eſt, eleuauerit.* Idemque repetit *Hoepner. d. Camb. Lit. Acc. cap. 4. num. 73.* At eleuari proteſtum cum ad traſſantem remittitur, communis fabula eſt, cui praeter alios complures ſubſcribit idem *Dn. Zipfel. Diſput. Sect. 7.* §. *9. Operis maior. p. 223.* vbi illam Phraſin vertit, den Proteſt auf der Poſt fort ſchicken. (k) Fluit hoc ex praecedentibus. Neque enim iſta proteſtatio interponitur, quia honoris ergo adimpletur, ſed ne quid omittatur, quod ad retinendam debitorum obligationem neceſſarium ſit. Quoties igitur exactori ad ſuos auctores reuerſuro hoc ſubſidio non eſſet opus, toties eodem honorans quoque tuto carebit. Vice verſa huic etiam oberit quicunque neglectus, qui illis poſſet opponi. (l) Quoties enim, qui honoris cauſſa acceptauit, ſimpliciter ſoluturo praefertur, fruſtra aditur; qui ne volens quidem ad cambii executionem

*Honoris cauſa adimplere licet, antequam inſtrumentum primae proteſtationis transmiſſum.*

*An aliqui diſſentiant.*

*Proteſtum eleuare quid ex communi opinione?*

*Repetitio proteſtationis in ſolutione.*

*Superflua, quoties honorans libere ſoluturo praefertur.*

*II. Proteſtatio honorantis de quo, aduerſus quem, per quem, coram quo*

§. XXI. Exactoris proteſtationem excipit alia ab honorante interponenda (a). Is enim eadem, quae acceptationi inſerenda dixi (b), declarare debet. Vnde falluntur, qui proteſtationem iſtam non ſolum contra datorem literarum, ſed etiam verbis expresſis contra alios quoscunque, ad quos ſpectat quouis modo cambium, fieri ſibi perſuadent (c). Seruat vero ſibi hac ratione ius ſuum honorans ipſe (d), aut per mandatarium ſpeciali mandato inſtructum (e). Neque id clam, ſed coram

onem amplius admittitur. Abſonum quippe eſſet, ab eo petere, a quo non liceret accipere *arg. l. 6. § f ff. d. Neg. geſt. l. 2. §. 1. ff. d. Reb. Cred.* & ſuperfluum inſtrumentum, vnde conſtet, moram in exigendo nullam fuiſſe commiſſam, vbi ne potuit quidem vlla fieri *arg. l. 127 ff. d. V. O.* Et quid ſi traſſatus adhuc offerat cambii executionem? Fruſtra exactor aduerſus eum, qui praeſentem pecuniam ſoluere paratus eſt, quaſi denegata ſolutione, proteſtaretur.

*Proteſtatio ſolemnis ab honorante facienda quomodo concipiatur? non interponitur aduerſus omnes. Facienda ab ipſo honorante, eiusue mandatario ſpeciali.*

(a) Add. *Ius Camb. Suec. art. 12. Vffenbach. de proteſtat. cap 4. num. 8.* (b) *§ praec. 19 lit. M. ſqq.* Addere poteſt, ſe minime acceptare aut ſoluere ſub conditionibus mandato auiſorio comprehenſis, nec in petenda reſtitutione ad modum illo praeſcriptum alligari velle. vid. *Dn. Barth. d. l. p. 701. 703.* Ita enim apertius declaratur, quod ipſa honorarii adimplementi conteſtatio iam non obſcure oſtendit. (c) Pertinet hoc ad proteſtationem priorem, de qua §. *praec.* Sed non ſolet vtraque ſatis ab omnibus diſtingui. Quae confuſio etiam *Raphaelem de Turri* in errorem, contra quem diſputo, ſeduxit *Diſp. 2. quaeſt. 13. n. 39.* quem ab eodem adoptauit *Anſald. de Anſaldis d. Comm. & Merc. Diſc. 79. num 9.* (d) Declarationem in propria perſona requirit *Ius Camb. Pruſſic. art. 9. Ordin. Camb. Dantiſc. art. 11. Dn. Hoepner. d. Camb. Liter. accept. cap. 4. num. 94. Phoonſen cap. 12. poſ. 11.* Quo ipſo id puto caueri, ne exactoris forte aut etiam famuli fidem in re tanti praeiudicii Notarius ſequatur. (e) *arg. 72. X. de R. I.* Nec pro diſſentientibus habeo eos, quos domini praeſentiam flagi-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0058-7

ram Notario, ſiue eodem, qui priori proteſtationi interfuit (f), ſiue alio ad cambiales cauſſas idoneo (g). In feriis tamen Nouenſibus ſufficit exactorem interuenire proteſtationi (h), eamque poſtea Cancellario denunciari, atteſtantibus iis, qui ſolutionem acceperunt, eorumve mandatariis (i). Quae ita peraguntur, inſtrumento prioris proteſtationis adnecti debent, aut in nouum redigi (k). Eaque omnia etiam a tertio honoris cauſſa

*interponenda?*

*debet in inſtrumentum redigi, & a tertio quoque fieri*



flagitare modo retuli. Id enim alio fine ab iis dictum monui. Quo minus domini vice fungatur mandatarius ſpecialis, a quo integram acceptationem mandantis nomine praeſtari ſinit *dict. Ius Camb. Pruſſ. art. 8. Ord. Dantiſc. art. 10. Dn. Hoepner. d. l. cap. 2. n. 34. 35 Phoonſen cap. 10. poſ. 12.* non videntur prohibere *arg. l. 22. §. 3. ff. ad L. Iul. d. Adult.* (f) Eundem praeciſe requirit *Ordin. Camb. Dantiſc. d. art. 11.* quam ſequitur *Dn. Willenberg. de Except. dol. in Camb. §. 23.* quod ſuis commodis non deſtituitur. (g) *Phoonſen cap. 12. poſ. 11.* Vterque Notarius poteſtate interueniendi proteſtationibus cambialibus pollere debet, & ſolemnia, v. g. adiunctionem teſtium, ſeruare, quibus alias opus eſt. Vnde eadem merito ſuppono. Vt praeſentans etiam dictae declarationi interueniat, requirunt *Statut. Genuenſ. Libr. 4. cap. 14. §. Qui voluerit.* (h) *Statut. Genuenſ. ib.* Vbi obſeruantiae feriarum aduerſus contrariam ſtatui diſpoſitionem proſpicitur. (i) *Capit. 34. Nundinar. Veſunt.* quod ſtatutis Genuenſibus pariter diſerte derogat verbis finalibus, quae male vertit *Phoonſen Part. 2. p. m. 155.* Conſent. *Scacc. § 2. Gloſſ. 5. n. 386.* (k) Cum illud litem in loco cambii celebrati celerrime determinare debeat. Add. §. *ſeq. 26. lit. C.* Vnde proteſtatio in ſcripturam redigenda eſt, non ſaltem plerumque redigitur, vti opinatur *Bod. d. Camb. Theſ. 7. lit. L. Müller. ad Struu. Synt. Iur. Ciu. Exerc. 25. Theſ. 44. Lit. d. Not. 7. pag. 1757. in fin.* Caeterum illam priori inſtrumento adnecti nominatim deſiderant loca *not. praec. F. citata.* Idque commodius eſt, niſi forte priore proteſtatione iam ad remittentem ablegata. Formulae

Coram quo Notario?

Solemnitates

Proteſtatio in inſtrumentum redigenda,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0059-6

*non in ſolutione iterari.* cambium adimplente obſeruanda ſunt (l). Quodſi honoris cauſſa ſatisfaciendum ſit literis cambialibus cum proteſtatione iam acceptatis; dubium oritur, vtrum eam iterare teneatur ſoluturus. Vnus, quantum nemini, PHOONSENIVS proteſtationem acceptationi adiectam etiam ad adſolutionem pertinere recte aſſeuerat (m). Aliqui

mulae proteſtationis prioris, cum ea cuiuis recuſationi cambiorum communis ſit, proprie ad meum argumentum haud ſpectant. De poſteriori exempla habet *Dn. Barth. locc. all.* quo lectorem breuitatis ſtudio remitto. (l) Ob paritatem rationis. Add. *§. 22. not. C.* & quia ſtatuta cambialia id generaliter honoris ergo adimplenti, ac diſerte tertio iniungunt *loc. alleg.* vnde non aſſentior *Raph. de Turri*, qui hunc ſaltem vtiliter, non tamen neceſſario, proteſtari exiſtimat *Diſp. 2. Quaeſt. 13. num. 36. 37 38.* (m) *Phoonſen cap. 18. poſ. 25.* Nam praecedentia in ſequentibus intelliguntur repetita *l. 26. l. 27. l. 28. ff. de leg. l. 38. §. f. ff. de Act. emt. l. 24. ff. de vulg. & Pup. Subſt. l. 19. l. 34. l. 74. l. 108. §. 7. 8. l. 113. §. 2. ff. de Legat. 1. l. 13. l 54. l. 63. ff. de Legat. 3. l. 3. ff. de dot. praeleg. l. f. ff. de reb. dub. l. 89. ff. de Condit. & demonſtrat. l. 47. l. 134. § 2. ff. de V. O. l. 82. ff. de V. S. Cuiac. libr. 8. obſeru. 36.* Imo maiorem efficaciam ad ſequentia determinanda, quam haec ad praecedentia definienda habent, obtinere videntur *Iaſoni in l. 45. ff. de Legat. 1. n. 12. Menoch. Conſil. 222. n. 40.* Vnde actus ſimpliciter geſtus praeſumitur factus in executionem praecedentis tractatus vel contractus *l. 40. ff. Solut. matr. l. 6. §. 4. ff de acquir. vel omitt. hered. l. 4. §. 1. ff. de Manum. l. 13. §. f ff. de Vſurp. & Vſucap. Rot. Gen. Dec. 6. num. 10. 12. Dec 91. num. 4. Dec. 133. num. 1. Menoch. d. Praeſumt. L. 2. Praeſ. 74. n 3. Libr. 3. Praeſumt. 49. n. 4. Alex. lib. 6. conſil. 156. tot.* Adeoque ſolutio facta creditur ex obligatione praecedente *arg. l. 3. ff. de Solut. Crauett. Conſil. 158. num. 14.* hoc eſt, ex acceptatione ſub proteſtu praeſtita. Eſtque ea vis proteſtationis, vt actus duplicem ſenſum recipiens interpretationem ex illa capiat *l. 34. ff. de Negot. geſt Bartol. ad l. 8. §. 6 ff. d. Nou. op. nunc. num. 18.* ſiue in ipſo negotio interponatur, ſiue

Etiam tertio honorante.

Proteſtationem in acceptatione interpoſitam honorans iterare non tenetur in ſolutione.

qui fluctuant (n). Plerique repetitionem putant neceſſariam (o), eumque in finem non modo doctrinas quasdam de proteſtatione tam generales (p), quam ſpeciales (q), ſed

ſiue illud praecedat. *arg. l. 7. pr. ff Naut. caupon. & ſtab, l. 4. C. d. Vſur. Alexandr. Lib. 4. Conſ. 7. n. 11.*

(n) *Scacc.* § *2. Gl.ſſ. 5. num. 387.* Add. *n. 384-386. Raph. d. Turri Diſp. 2. Quaeſt. 14. tota.* Ille rem in medio relinquit. Hic multis argumentis vtrinque allatis tandem magis in affirmatiuam ſententiam inclinat *num. 50-54.* Fluctuantes. (o) *Rot. Gen. Dec. 6. Nicol. de Paſſeribus d. Scriptur. Priuat. Lib. 3. Tit. Epiſtola num. 83. p. m. 556. Dn. Marta Digeſt. Nouiſſ. Tom. 3. Tit. Epiſt cap. 15. Bod. d. Camb. theſ. 7. lit. M. Marquard. d. Iur. Merc. Sing. Lib. 2. Cap. 12. num. 50. Io. Gryphiander Oeconom. Legal. Lib. I. cap. 26. num. 79. Ahasuer. Fritſch. ad Vogt. de Camb. Theſ. 7. not. 6. pag. m. 207. Anonym. Heidig. cap. 8. p. 81. Lauterbach. d. Iur. in Cur. mercator. vſit. Theſ. 178. Auguſt. Bened. Carpzou. de Camb. Theſ. 49. Vffenbach. de Proteſt. in Camb. cap. 2. num. 4-9. Dn. Fleck. Bibl. Iur. Ciuil. L. 3. Tit. 5. num. 20. Dn. Zipffel. de Teſſ. Collyb. Sect. 4. §. 7. Op. mai. p. 103. Müller. dict. loco Ex. 6. theſ. 33. lit. E. Ex. 25. Th. 44. lit. d. Not. 8. Dn. Hoepner. de Camb. Liter. Accept. cap. 4. n. 91. Dn. Remer de Ver. Oblig. Valor. Sect. 2. cap. 13. §. 63.* Diſſentientes. (p) Nimirum proteſtationem praecedentem I.) ad actus ex interuallo geſtos non extendi, vid. *Franzk. Lib. I. Reſol. I. num. 252.* II.) Niſi in omnibus repetatur, iterum derelictam cenſeri, *Tabor. Barboſ. locuplet. Lib. 14. cap. 103. Ax. 15.* imo III.) per actum ſubſequentem tolli *arg. cap. 9. X. de conſtitut. cap. 34. X. d. Appell.* Ratio dubit. I. interuallum, II. derelictio, III. ſublatio. Verum vltima ratio ad facta proteſtationi contraria pertinet, priores in diſparatis locum habent. Reſponſio. Connexa, quoties res a ſola voluntate agentis dependet, ex proteſtatione diiudicari probaui *not. praec. M.* Sed vrgent diſſentientes, acceptationem & ſolutionem eſſe actus diuerſos, cum diuerſo tempore gerantur *arg. cap. 16. III. q. 9.* ac diuerſo iure regantur, *vid. § 16. lit. C. ſeqq. §. 25. not. D.* diuerſorum vero diuerſam eſſe rationem *l. f. ff de Calumn.* nec ab vno ad alterum conſequentiam valere *arg. d. l. f. l. 12. §. 1. l. 52. pr. ff. de acquir. vel am. poſſeſſ. l. 10. C. d. probat.* Exceptio. At non requiro eosdem actus, Replicatio.

(q), ſed a re praeſenti alienas adducunt, aliaque argumenta ſufficiunt coniuncti, quorum alter ab altero, licet diuerſo, dependet. Imo cum acceptatio ſit promisſio ſolutionis §. *praec. 4. lit. N.* qui ſe honoris cauſſa acceptare proteſtatur, non poteſt non eo ipſo declarare, ſe honore traſſantis alteriusue, non libere, ſoluturum eſſe. Id quod praefracte nimis negant, qui eum dicere inficiantur, ſe nolle ſoluere, niſi cum proteſtu. Licet enim id totidem verbis haud exprimat, attamen non, quid proteſtans locutus ſit, ſed quid ſenſerit, potiſſimum inſpici debet. *arg. l. 19. § 1. ff. ad SCt. Trebell l. 15. §. 2. ff. ad Leg. Corn. de falſ. l. 6. §. 1. ff de V. S.*

Duplicatio. *Carpzou. Part. I. Conſtit. El. 19. def. 22. n. 7.* Nec aduerſatur, quod porro vrgetur, eum, qui de mandato literis auiſoriis dato non ſuſcipiendo proteſtatus eſt, non teneri in hac voluntate perſeuerare, ſed ſiue prouiſione aut precibus principalis ſuperuenientibus, ſiue poenitentia ductum, adhuc libere ſoluere poſſe. *arg. c. 7. de procur. 6.* Non enim vnquam facultatem iuribus proteſtando conſeruatis iterum renunciandi cuiquam denegaui. Id ſaltem aſſerui, proteſtationem impedire, quo minus ex facto ſubſequente connexo, quod dubiam interpretationem admittit, tacita

Ratio dubit. IIII. analogia iuris in proteſtatione de vſuris petendis. renunciatio colligatur. (q) Sigillatim obiiciunt IIII) tametſi, qui ſolutionem ſortis accipit, ius vſuras petendi proteſtando poſſit conſeruare, nihilominus effectu carere reſeruationem poteſtatis easdem adhuc poſcendi in petitione ſortis factam, nec in actuali exactione repetitam, vti iudicauit *Rota Gen. Dec. 61. integr.* Vnde proteſtationem in acceptatione factam pariter in

Reſp. 1. ſolutionem haud influere colligunt. At 1) ſi vſuras reſeruatas iure nouae conuentionis & contractus innominati ſeparatim deberi iudicemus; vid. *Berous Lib. 1 Conſil. 200. n. 19.* a defectu conuentionis ad inutilitatem proteſtationis non licebit argumentari.

2. 2) Falluntur, qui proteſtationi ſecundum leges Romanas eam vim largiuntur cum *Carpzou. Part. 2. Conſt. El. 30. defin. 12. n 5. 6. & Hubero*, fruſtra ad *Sandium* prouocante, *Praelect. ad ff. Tit. de Vſur. theſ. 25.* vt ius pariat ſeparatim petendi, quod non eſt in obligatione *l. 49. §. 1. ff. d. Act. emt. l. 4. C. Depoſ. i. §. praec. 19. not.*

L. Add.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0062-8

menta parum quadrantia ſuperaddunt (r): verum etiam



I. *Add. Dn. Noodt. d. Forn. & uſur. L. b. 3. Cap. 6. & 24. Opp. pag. 310. a. & 327. b.* 3) Horum ſententia admiſſa etiam proteſtatio ſortis petitioni adiecta ſufficiet per *not. praec. M.* 4) Ex principiis diſſentientium in cauſſis cambialibus vſurae etiam non reſeruatae adhuc debebuntur. Nam ne vrgeam, quod non ſine ſimilitudine veri monet *Titius Obſeru. Lauterbach. 699. & Iur. priu. l. 4. c. 21. §. 30.* ſublato proceſſu formulario aeque efficaciter peti, quae officio iudicis, quam quae iure actionis debentur: ſaltem illam ſubtilitatem ad mercatores & cambiorum iura non debebant transferre, qui ex illorum foro omnibus iuris apicibus toties exilium indixerunt. vid. *Rot. Gen. Deciſ. 153. num. 8. Dec. 195. n. 12. & paſſim. R. de Turri Diſp. 2. Quaeſt. 8. n. 44. Qu. 14. n. 44.* V) Porro opponitur neceſſitas proteſtationem recuſationi acceptationis oppoſitam die veniente, niſi ſolutio praeſtetur, reiterandi, quam probat *Ius Camb. Pruſſ. art. 10. & 14. Add. not. ſeq. V.* Sed a diuerſis infertur. Exactor enim ibi iubetur etiam poſt denegatam acceptationem in termino diligentiam in exigendo adhibere, eamque proteſtationis inſtrumento docere. At de illa ex priore proteſtu per rerum naturam conſtare non poteſt. Alia longe eſt ratio eius, qui honoris cauſſa adimplet. Is enim praecedente quoque proteſtatione liberae ſolutionis praeſumtionem tollere nec natura nec iure prohibetur. (r) VI.) Id quoque fruſtra vrgent diſſentientes, quod in ipſa ſolutione debitor declarare debeat, in quam cauſſam velit ſolutum *l. 1. l. 2. l. 3. ff. de ſolut.* Nam vt ipſae leges adductae oſtendunt, 1) id ſaltem pertinet ad eos, qui ex pluribus cauſſis debent. At honorantes ex ſola acceptatione reſtricta tenentur. 2) Praeſumitur ſolutum in cauſſam duriorem, adeoque potius, vt ſatisfiat obligationi ſecundum rigorem cambialem ex acceptatione honoraria contractae, quam mandato, quod impune licet repudiare. 3) Prohibemur tantum conſtituere, quod debitum ſolutione ſublatum eſſe debeat, poſt rem peractam. Praecedens declaratio eandem vim habet, quam quae in re praeſenti fit, vt nominatim confirmat

*l. 11.*

3. 4.

Ratio dub. V. Neceſſitas repetendi proteſtationem contra defectum acceptationis interpoſitam. Reſp.

Rat. dub. VI. cauſſa, in quam ſoluitur, in ipſa ſolutione declaranda. Reſp. 1. 2. 3.

iam ad campſorum conſuetudinem nec conſtantem, nec obligatoriam prouocant (s). Horumque ſententia Genuenſium ſtatutis recepta eſt (t), quod de aliis quoque perperam adſtruitur (u).

§.XXII.

Rat. dub. VII. Occaſio fraudum.

*l. 21. C. de Vſur.* VII) Nec obſtat, quod in dubio ſemper praeferenda ſit opinio, quae fraudibus occaſionem praeſcindit *arg. l. 8. §. 20. ff. de Transact. l. 38 ff. de R. V. l. 9. C. de S. S. Eccleſ. Decian. Libr. 1. Conſ. 4. num. 32.*

Reſp.

Neque enim dolis aperitur via, ſi ſolutio ſimpliciter facta ex praecedente proteſtatione aeſtimetur. Saltem inanis eſt Doctorum metus, ne, qui hac ratione honoris cauſſa ſoluit, ſuperueniente rerum mutatione liberam ſolutionem obtendat. Nam 1.) fides illi minime habebitur, 2.) etiam poſt executionem honorariam variare & reſtitutionem re ad huc integra ſecundum mandatum petere licet. *arg. c. 7. de Procur. in 6.* add. *§. 26. not. O.*

Rat. dub. VIII ex l 6. §. f. l. 7. d. Leg. comm,

VIII.) Denique ſcopum haud ferit argumentum *l. 6. §. f l. 7. ff de Leg. Commiſſ.* Quod opponere videntur, qui pro contraria ſententia allegant *Carpzouium Part. 2. Conſtit. El. 33. Def. 22.* quo loco altisſimum eſt de iſta lite ſilentium, ſaltemque docetur, venditorem legi commiſſoriae, partem pretii poſt diem eidem praeſtitum accipiendo, tacite renunciare. Nam pretium accipere nequit, qui lege commiſſoria vſurus eſt. At ſoluere non modo poteſt, ſed & debet, qui alterius honore literas cambiales cupit adimplere.

Rat. dub. IX. conſuetudo mercatorum.

(s) VIIII) Proteſtationem conſuetudine mercatorum repeti ſolere aſſeruerunt teſtes plurimi Genuae, Romae, in Flandria & Hiſpania ea de re examinati. Sed nec id mouet.

Reſp. 1. 2.

Nam 1.) de contraria conſuetudine teſtati ſunt alii. *Rot. Gen. Dec. 6. num. 13. Stacc. §. 2. Gloſſ. 5. num. 385.* 2.) agitur de cautela, qua omnis dubitatio tanto magis tollitur *arg. l. 4. ff. d pignorat. act. l. 32. ff. ad SCt. Trebell.* Adeoque illius vſus nunquam poterit introducere conſuetudinem obligatoriam, quam ſine actibus ex opinione neceſſitatis ſuſceptis oriri nemo dixerit. *Exc. Dn. Boehmer. Introd. in Ius Digeſt. Tit. d. Leg. §. 20. num. 5.* (t) *Lib. IV. cap. 14. §. Qui voluerit.*

Conſenſus ſtatuti Bononienſis.

(u) Equidem duplicem illam proteſtationem *Capit. Camb. real. pro ciuit. Bonon. §. Quanto poi alle lettere* confirmari

Communia vtriusque proteſtationis.

§.XXII. Itaque iura, quae vel denegatio acceptationis aut ſolutionis, vel ſimplex adimplementum laedere poſſet, vtraque proteſtatione reſervanda ſunt. Vnde nec alterutra ſufficit (a), nec res dilationem patitur poſt adimplementum (b). Multo minus vtramque negligere licet, etiamſi vnus plurium perſonarum in loco ſolutionis alias concurrentium poteſtate fungatur. Quare nihil refert, vtrum alius, an ipſe traſſatus literas cambiales honoris ergo exequatur (c), veluti ſi alii, quam

*ſunt coniungendae,*

*etiamſi traſſatus honores.*



firmari putat *Bod. Theſ. 7. lit. M.* Sed pariter confudit proteſtationem exactoris, de qua Bononienſes loquuntur, & honorantis, in qua ipſe occupatur. *Hamburgenſium* quoque *Statutis Part. 2. Tit. 7. art. 10.* communem ſententiam receptam fuiſſe tradit *Lauterbach. de Iur. in cur. merc. vſit. theſ. 178.* ſed altisſimum eſt de hac quaeſtione in toto illo titulo ſilentium.

& Hamburgenſis.

(a) Add. tamen *Dn. Barth. d. l. p. 700. in fin.* (b) *Bod. Theſ. 7. lit. K. Vffenbach. cap. 7. num. 2. Müller ad Struu. Ex. 25. Theſ. 44. Litt. d. not. 6. p. 1757.* Proteſtatio enim ſtatim re adhuc integra, interponi debet, nec poſt interuallum facta tertio ius ſemel quaeſitum aufert. *l. 13. §. f. ff. d. Decur. l. f. C. de Negot. geſt. c. 20. in fin. X. de Regular.* Add. *l. 7. ff. Naut. Campon. & ſtabul. l. 1. §. 3. ff. de inſtit. act. Dn. Praeſes de Proteſtat. facto contrar. Th. 24 29. Carpzou. P. 2. Conſt. El. 10. Def. 22. num. 7. Meu. P. 4 Dec. 282. num. 9.* Vnde nec Praxi mercatoriae congruit, vt acceptatio honoraria primum abſoluatur, ac tum a praeſentante contra eandem proteſtatio interponatur, licet id doceat *Anon. Heydig. cap. 8. p. 75.* & ex eo *Dn. Remer. de Ver. Oblig. Valor. Sect. 2. cap. 13. § 61.* (c) *Tit. Iur. priu. Libr. 10. cap. V. §. 30.* Add. *Sperander p. m. 51. pr.* Non deſunt tamen, qui quoties ipſe traſſatus honoris ergo ſatisfacit, publica proteſtatione opus eſſe negent. *Bolz. ad ff. Diſp. 26. p. 605. Hoepner. de Camb. Liter. Accept. cap. 4. num. 77.* Add. *Sperand. p. 27.* §. Wenn einer. *Dn. Willenberg. de Exc. dol. §. 23.* Inque eam ſententiam reſpondit *Facult. Iurid. Regiomont. ap. Bolz. dict. loc.* Sed rationes proteſta-

Proteſtationes ſtatim faciendae,

ante acceptationem,

etiam traſſato honorante.

Diſſentientes

Rat. decid.

*recuſato principali, aut auiſio deficiente: vel cambium traſſato remiſſum ſit vel praeſentans honoret, licet ipſi tracta directa:*

cui iuſſus eſt, cambium ſoluendum velit imputare (d): maxime, ſi quem elegerit, qui a traſſante cauſſam habet, vt indoſſantem (e). Imo ne quidem ſi literis auiſoriis deſtituatur, haec ſolemnia tuto ab eodem poterunt praetermitti (f). Idemque obtinet, licet cambiales literae ipſi traſſato eo fine, vt illas a ſe exigeret, fuerint remiſſae (g), aut praeſentans earum nomine ſibi ipſe honoris cauſſa ſatisfaciat (h). Plane eodem iure tum etiam vtimur, cum cambium ipſi exactori directum ab eo ipſo in ſubſidium ſaltem, recuſata executione ſimplici, adimpletur (i). Poteſtque is vnus aperte trium vicem ſuſtinere

teſtationum etiam ad hunc caſum pertinent. Add. §. *praeced. 20. lit. F. G* §. 21. *not. L.* Imo ipſe traſſatus, cum honoris cauſſa adimplet, inſtar tertii cuiusdam conſideratur. *a. l. 15. §. 1. ff. de Adopt. l. 6. pr. ff. Quod cui vniuerſ. nom.*

Dubit.

Argumentum vero diſſentientium, quod proteſtatione priuata plus honorari traſſatus reputetur, quam ſi illa publice coram Notario manifeſtetur, & fallit vt plurimum & nimium probat.

Reſp.

Idem enim etiam valeret quoad praeſentantem & tertium quemcunque, quibus illud ipſi eius auctores applicari nolunt. (d) vt, ſi alterius, pro cuius computo tracta fuit facta, mandato careat, aut fidem ſequi nolit, adeoque eo fine adimpleat, vt ipſum traſſantem eo nomine teneat obligatum. Vid. *Phoonſen cap. 28. poſ. 3. 4.* (e) *Id. cap. 12. poſ. 4.* Hoc enim caſu magis adhuc neceſſarium eſt, indoſſanti ius erga ſuos auctores integrum ſeruari.

aut auiſio deficiente,

(f) *Tit. d. l. §. 37.* quem oppoſuit *Dn. Barthio de Anticipat. cap. 3. §. 1.* Sed cum diſſenſum mihi ſuſtuliſſe videor §. *praec. 12. lit. K. L. M.* maxime cum *Dn. Barth.* dicta ſua legaliter intelligi, nec proteſtationem excludi velit, prout ipſe conteſtatur *Hodeget. Forenſ. cap. 4. §. 4. not. Z. pr. p. 699.* Conf. *Phoonſen cap. 12. poſ. 2.*

etiamſi idem ſit praeſentans & traſſatus,

(g) *Statut. Gen. loc. alleg.* Nam nihilo ſecius eius auctores partim ipſi tenentur, partim ſibi inuicem. Opus itaque eſt, vt obligationes illae pariter conſeruentur. (h) *Bode Theſ. 7. lit. M. Du-Puy. d. cap. 9. num. 6.* ex eadem ratione. (i) *Statut. Gen. d. l.* Cum enim tripli-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0066-1

nere, nec inanes ſubtilitates ſectari, & alium, qui cambium ab eo exigat aut luat, ſubiicere tenetur (k). Pariter



cem perſonam repraeſentet, triplex quoque officium implere tenetur. Debet igitur 1.) denegare ſimplex adimplementum, 2.) iura propter illam recuſationem competentia proteſtando conſeruare, 3.) honoris cauſſa adimplere eoque nomine proteſtari. Atque iſtae obligationes propter alios, quorum in cauſſa intereſt, per concurſum in vnam perſonam non confunduntur. Vel omnium perſonam ſuſtineat.

(k) Dubium moueri poſſet ex *l. 19. §. 3. ff. de Negot. geſt.* vbi negotiorum geſtor in conditione vſucapiendi rem domini poſitus ſubiicere iubetur aliquem, qui ab eo petat domini nomine, vt & illi rem & poſſeſſori ſtipulationem euictionis committat. Sed pace ſubtiliſſimi *Pauli* non moror nimiam & miſeram diligentiam, quae ipſo tempore formulariae Iurisprudentiae ob deficientem agendi facultatem *l. 6. f. ff. eod.* plerumque ne quidem ad cauillationes praeueniendas vtilis fuiſſe videtur, quicquid pro ea tuenda laboret *Ant. Faber Rational. ad d. §. 3. lit. e. Bachou. ad πρῶτα Tit. de N. G. cap. 5. num. 1. p. 908.* Saltem quin illa minus neceſſaria credi debeat, dubium ſupereſſe nemini poteſt, cui euictionem etiam illi, qui omiſſa temeraria iniuſtaque lite rem domino concedit, praeſtandam ſtatuit cum *Tit. Iur. Priu. Lib. 4. cap. 21. § 13.* Sed eam ſententiam iam quidem in medio relinquo, nec vrgeo, quod *Dn. Praeſes aduerſus Huberum ad eiusdem Prael. Tit. de Euict. Theſ. 16.* demonſtrat, in cauſſa euincentis liquido iuſta fruſtra litem denunciari *arg. l. 11. § 12. ff. de Act. emt. i. l. 53. §. 1. ff de Euict.* Sufficit ne quidem ex Pauli ſententia iudicialem euictionem expectandam aut vſucapionem domino tacente abſoluendam eſſe ab eius negotiorum geſtore. At perinde eſt, ſiue ſepoſitis ambagibus rem domino ipſe tribuat, ſiue alii data opera ſubornato poſt iudicis ſententiam cedat. *arg. 1. Tit. C. Plus valere, quod agit.* neque enim id aegre feret venditor, quod parcatur ſumtibus litis, qui alias in ipſum redundarent *l. 17. C. eod.* Tantum abeſt, vt maſculam campſorum iurisprudentiam neniis hiſce carere poſſe negem, verearque, ne alias minus attendatur, quod Inanis ſubtilitas Pauli in l. 19. §. 3. ff. d. N. G.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0067-7

*vel traſſatus foro ceſſerit, niſi in neglectum conſentiant debitores, etiam mandantes & ratihabentes.*

eadem, qua alias opus eſt, diligentia etiam adhibenda eſt, quoties traſſati decoctio honorario adimplemento praebet occaſionem (l). Verbo: ſolemnitas praeſcripta obſeruanda eſt, niſi illam negligi voluerint illi ipſi, quorum obligatio ab eadem pendet (m). Interim illorum voluntas non praeſumitur, ne quidem ſi ſubſidiarium adimplementum mandauerint (n), aut ratam habuerint honorariam acceptationem (o).

Neceſsitas proteſtationum, licet mandatarius honoret,

aut honoratus acceptationem approbet.

re ipſa geſtum, quam quod ſimulatum fuiſſe conſtat. (l) *Phoonſen cap. 41. poſ. 23.* (m) *arg. l. 1. §. 1. ff. de Legat. praeſt. l. 161. ff de R. I.* (n) Diſſent. *Dn. Koenig. ad Ordin. Camb. Lipſ. § 36 Annot. 1.* & *ad §. 17. Annotat. 12.* auctoritate mercatorum Lipſ. quos reſpondiſſe refert, praeuio mandato & commendatione minime requiri peculiarem acceptationem, eiusue in proteſtu vel cambialibus literis commemorationem. Sed haec obſcurius paulo recenſentur. Neque enim probabile eſt, illorum quoque iudicio per debitorem ſtare, vtrum creditori debeatur acceptatio. Quare inciuile puto, de illo reſponſo iudicare *arg. l. 24. ff. de Leg.* Interim ſolemnitates a domino per mandatum nec remitti vbique poſſunt, *arg. l. 38. ff. de V. O. i. §. ſeq. 26. not. N.* nec in dubio remiſſae cenſentur, cum verba contractuum ambigua & indefinita ſecundum naturam negotii & ius commune capiant interpretationem *l. 4. pr. ff de vſur. ibique Dion Gothofred. lit. D.* Add. *l. 15 §. 26. ff. de Iniur.* Saltem per illud non tollitur praeſumtio adimplementi liberi, vel primi debitoris intuitu praeſtiti. *arg. l. 56. ff. Mandat.* (o) Quoties coepto negotio domini ratihabitio ſuperuenit, qui illud gerit, mandatarius fit. *l. 60. ff. de R. I. Hahn. ad Weſenbec. t. de Neg. geſt. num. 4. Rhetz. ad I. Diſſ. 23. th. 6.* adeoque illius iure in iis, quae coepit, abſoluendis vtitur. Quare minime aſſentior *Phoonſenio* liberam ſolutionem ſufficere aſſerenti, quoties traſſans vel indoſſans acceptationem honoris cauſſa ſupra proteſtum factam approbat. *cap. 12. poſ. 23.* Interim haud inficior, eum qui adimplementum honorarium neglectis ſolemnitatibus praeſtitum ratum habuit, non poſſe amplius impugnare, quod, quamuis male geſtum, ſemel probauit. *l. 9. ff. de Neg. geſt.* Add. *l. f. pr. C. ad SCt. Maced.*

§.XXIII. Dixi, qua ratione literae cambiales honoris ergo adimpleantur. Nunc videndum eſt, qua efficacia. Ea circa obligationem illorum, ad quos negotium ſpectat, occupatur, ſeque exerit, dum illas partim contrahit, partim diſtrahit Nam totidem iuris vincula honorario adimplemento tolluntur, quot diſſoluerentur, ſi cambium honorati gratia ab eodem honoranti fuiſſet directum, & ab hoc executioni mandatum (a). Itaque omnes cauſſam ab honorato habentes e lite cenſentur dimiſsi (b). Pariter a priore ſuo creditore

Effectus adimplementi honorarii in liberatione *praeſtanda iis qui cauſſam ab honorato habent,*

(a) Nam honorans in tollendis obligationibus honorati locum occupat, adeoque idem praeſtat, quod ille arg. *l. 23. ff. de Manum.* (b) *arg. l. 21. §. 2. ff. de Euict. Du-Puy d. Art. lit. camb. cap. 9. n. 11. Latin. 12.* Horum enim obligatio, qua ſucceſſori ſuo tenentur, ſubſidiaria eſt, & ad eum caſum reſtricta, ſi eorum auctor haud effecerit, vt in loco ſolutionis ſequeretur adimplementum. Idque ipſe ſucceſſor exigere tenetur, antequam ad illos pateat regreſſus. At huic perinde eſſe cenſetur, ſiue ſimpliciter, ſiue honoris cauſſa ſatisfiat. Honoranti vero minime obligantur. *Statut. Amſtelod. Append. p. 842. ap. Phoonſen Part. 2. p. 2. Ordin. Camb. Lipſ. §. 17. Dantiſc. art. 13. Phoonſen cap. 12. poſ. 23. & 25. cap. 18 poſ. 10. & 11.* Cum ipſe eo conſilio interueniat, quod durante illorum obligatione exitum habere nequit, *vid. not. ſeq. C.* adeoque, ſi quod ius haberet, eidem tacite renunciaret *arg. l. 2. C de pact.* Nec aliud cautum puto *Ordin Mercat. Gall. Tit. 5. art. 3.* quo honorans in omne ius exactoris, cui hos quoque obſtringi certum eſt, ſurrogatur. Neque enim dubito, quin haec ſurrogatio intuitu debitorum reſtringi debeat, & ad eorum tantum onus referri, quos ſaluo honorario adimplemento teneri negotii natura patitur. *arg. l. 7. ff. de bon. libert.* Add. §. *ſeq. 27. not. C* vt non opus ſit, ideo erroris incuſare & vix validum credere ipſum articulum, quod velle videtur *Du-Puy loc. alleg.* Interim non aliam *Iac. Sauario* cauſſam fuiſſe puto duplicis erroris ſedulo

Liberatio eorum, qui cauſſam ab honorato habent.

Vnde non tenentur honoranti.

Senſus Ordin. Gall. T. 5. a. 3.

Error Sauaris

*& ipſi honorato:* ditore tutus redditur honoratus (c), vt in manifeſto errore verſentur, qui illum eidem, quaſi cauſſa, propterquam is pretium cambii numerauerat, non ſecuta, teneri ſibi perſuadent (d). *quousque adimpletum:* Eaque liberatio eatenus contingit, quatenus literae cambiales honoris ergo executioni

ſedulo cauendi. Alterum is committit, cum ei, qui traſſantis honore acceptat, honorato non ſatisfaciente, recurſoriam, vt vocat, actionem aduerſus ſingulos indoſſantes competere docet *Part. I. Negot. Perfect. libr. 3. cap. 6. p. m. 154. 155.* In alterum incidit, alius. cum *in fin. arbitrii ſeu Parer. 26.* cuius verſionem Germanicam publicauit *Dn. Marperger. poſt Iudic. Mercator. p. 46. 47.* de iure conſultus reſpondit: indoſſantes ſingulos honoranti in ſolidum teneri, adeoque Bartholomaeo cuidam, qui cambia tritici mille librarum Ioannis intuitu ſoluerat, ſaluum eſſe regreſſum aduerſus Auguſtinum, poſtremum indoſſantem, qui literas cambiales ex Ioannis ceſſione demum obtinuerat. Pariter actionem negotiorum geſtorum contra omnes, ad quos Cambium quouis modo ſpectat, concedit *Raph. de Turri Diſp. 2. Quaeſt. 13. num. 36. 43.* quem ſequitur *Anſaldus de Anſaldis d. Commerc. & Mercat. Diſc. 79. num. 10. 11.* nimis generaliter. Nam 1) quae de proteſtatione aduerſus omnes adducunt, iam confutaui § *21. lit. C.* 2) *Capit. Feriar. 35. pr.* minime de omnibus loquitur, ſed ſaltem de principe debitore, a quo honoratus cauſſam habet. Imo ne hunc quidem diſerte aſſerit teneri, ſed ſaltem recambium illi dirigere iubet honorati periculo. 3) Leges quas *Turri* adducit, officium perdunt, quoties ipſe adimplens id agit, vt negotiorum domini pleniſſime liberentur *a. l. 29 C de pact.*

Honorans non obligat omnes, ad quos cambium ſpectat.

(c) *Phoonſen cap. 12. poſ. 15.* Is enim totius negotii ſcopus eſt, §. *praeced. 7.* Nec vtilitas honorati promoueretur, niſi a ſuis creditoribus liberaretur. Quod ipſius eiusue procuratoris facto non contingit, quamdiu illi in nexu haerent. *arg. l. 39. ff. de N. G. l. 5. §. 5. ff. d. N. O. N. l. 2. ff. quod vi aut clam.*

Liberatio honorati.

(d) Ita *Stypmannus* philoſophatur *de Iur. Marit. Part. 2. cap. 8. n. 38.* nulla veri ſpecie. Vt parum abſit, quin huic loco typothetas aliquid demſiſſe credam.

Stypm. notatus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0070-3

tioni mandantur (e). Vnde honoraria acceptatio non impedit, quo minus ſolutione poſtmodum haud ſecuta conueniri queant, qui eius nomine antea tenebantur (f). Quamobrem falluntur etiam, qui ſuperuenientè alterius acceptatione honoraria priorem acceptantem dimittendum contendunt (g). Neque enim exactor quemquam ab obligatione ſemel ſuſcepta ante ſolutionem liberare tenetur (h), nec ius reliquis, a quibus

*ſalua poſt acceptationem obligatione pro ſolutione, etiam quoad acceptantem priorem.*

 cauſ

(e) *arg. l. 3. §. 1. ff. d. duob. reis. Nou. 4. c. 1.* Nempe ſubſidiarium adimplementum eandem quam liberum, ad illos liberandos vim habet, non maiorem. Itaque ſi honoris cauſſa acceptetur, immunes erunt a cautione, qui acceptatione deficiente ad eandem praeſtandam recte compellerentur. (f) Non honoratus modo, ſed eius etiam ſucceſſores. Quemadmodum alias quoque denunciatus intermedius ex lite haud dimittitur, ſi tertius vel vltimus reo ex cauſſa euictionis conuento aſſiſtat, *Carpzou. Part. 3. Deciſ. 212.* vel defenſorio ſiue procuratorio nomine litem ſuſcipiat. *Ordin. Proceſſ. Sax. Tit. 14. § f. Magdeb. Cap. 24. §. 3.* (g) vid. *Sperander.* Sorgfält. *Negot.* und Wechsler *p. m. 68* vbi priorem in ſcriptis liberandum arbitratur. Quae ſententia inde iuuatur, quod is non aliam ob cauſſam interuenit, quam propter acceptationis ad remotiorem auctorem liberandum ſuſceptae defectum, quem nunc ſupplet alter, qui iure praelationis vtitur. At condictione conſequi poſſunt, vt liberentur, qui ſine cauſſa obligantur *l. 3. ff. de Condict. ſine cauſ.* non modo cum ab initio ſine cauſſa promiſſum eſt, ſed & cum fuit cauſſa promittendi, quae finita eſt *l. 1. §. 2. ff. eod.* Verum enim vero ſublata licet occaſione, qua acceptatio primum facta fuit, ipſum tamen cambiale debitum adhuc pro ſufficiente cauſſa eſt, qua illa ſuſtineatur. *arg. l. 6. C. ſi cert. petat.* Quemadmodum cautio ſemel praeſtita durat, licet poſtea is poſſidere coeperit, quem ab initio immobilium poſſeſſio ab ea liberauiſſet. *L. 15. §. 7. ff. Qui ſatisd. cog.* (h) *arg. l. 45. §. 2. ff. Mandat. Phoenſen cap. 12. poſ. 16. 17.*

Acceptatio honoraria liberata cautione, non ab obligatione pro ſolutione.

Vnde nec prior acceptans dimittendus.

(i) vid.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0071-8

cauſſam habet, quaeſitum (i) ſuo facto auferendi habet poteſtatem (k).

2) in producendis obligationibus *mutuis*,

§. XXIIII. Officia, quae inde naſcuntur, vel plures ſibi inuicem, vel ſingulos aliis obſtringunt. Ad mutua refero mores feriarum Italicarum, vbi lites occaſione cambiorum in illis ſcriptorum, & vbicunque terrarum, interpoſita proteſtatione, ſolutorum ortae forum competens nanciſcuntur (a). Nomina ex literis cambialibus honoris ergo acceptatis contracta ratiociniis vtrinque inſeri vix eſt, vt moneam (b). Officia ſimplicia commode oſtendam, ſi ſingulorum, quos huic negotio interue-

*& ſimplicibus*,

(i) vid. §. *26. not. N.* (k) *Phoonſen. loc. cit.* Is enim cuius miniſterio actionem ſemel acquiſiuimus, eandem nobis inſciis & non conſentientibus a contractu recedendo interuertere amplius non poteſt. *arg. l. 4. C. de Emancip. l. f. C. de pact. l. 11. ff. de R. I. ibique Cagnol. n. 14. verſic. oppoſitum. Conſult. Dn. Floerck. de Iur. ex pact. tert. quaeſit. Th. 23. Socin. Iun. Libr. 3. Conſil. 134. n. 7. 8. Menoch. Conſil. 296. n. 10.*

Forum competens ad impl. honor.

(a) *Capit. Fer. 37.* Quod iure communi ſecus eſt. Neque enim locus contractus creditur is, vbi coepit negotium, cui poſtea alterius conſenſus alibi acceſſit. *arg. l. 19. § 2. ff. de Iud. 1. l. 55. ff. de O. & A.* Compara *Ill. Berger. de Except. non num. pec. aduerſus camb. theſ. 26.* quae extat *Philocal. Iur. p. 164-173.* ibique trifarias *ICtorum Lipſienſium, Wittebergenſium & huius Fridericianae* de foro cambii cum proteſtatione reuerſi ſententias.

Libri, quibus in inferendum.

(b) Nimis enim a mea tractatione remota puto, quae ad omnia omnino campſorum nomina pertinent. Vnde ſuperfluum eſt, commemorare, quibus illi libris haec etiam ſiue debita ſiue credita inſcribant. Ne tamen id plane intactum relinquerem, obſtitit *Vffenbach. de Proteſt. cap. 8. num. 11.* vbi ad effectus adimplementi cum proteſtatione facti, niſi me omnia fallunt, refert, quod creditum, de quo literae cambiales agunt, ponatur in bilancio, ſiue inſeratur epitome reliquorum ex ratiociniis magiſtratui feriarum exhiberi ſolitae,

Bilancium,

teruenire monui (c), aut illo tangi conſtat (d), obligationes (e) inde oriundas perluſtrem (f).

Obligatio I. honorati *qua tenetur honoranti, ciuiue ceſſionario, tanquam traſſato,*

§. XXV. Ordior ab eo, quod honoratus debet. Eum honorans aliusue, cui is iura ſibi competentia ceſſit (a), ad eadem deuinctum tenet, ad quae traſſatus, cuius officio functus eſt, ſi hic tractae pro computo honorati abſolute factae ſimpliciter ſatisfeciſſet, eundem haberet obſtrictum (b). Imo exactoris etiam iure adverſus eum plenisſime gaudet (c), modo honorarium



litae. Quod tum ſaltem contingit, ſi inter honorantem exactoremque nulla nominis illius cum aliis compenſatio facta fuerit.

Publicum Germanis non vſitatum

Sed publica illa, quae vocant, bilancia aduerſantur rationibus nundinarum non ſolis cambiis ac ſolutionibus, ſed mercium etiam venditioni deſtinatarum, adeoque illorum vſum Germani cum plerisque, praeter Italos, populis ignorant. Add. *Bod. theſ. vltim. lit. A. D. E.* (c) vid. §§. *praeced. 13 16.* (d) quo refero acceptatorem ſimplicem, nec non honorati auctores ac fideiuſſores.

Obligationis ſenſus ſtrictus.

(e) Obligationes, inquam: Senſu ſtricto, quibus nempe ipſi aliis tenentur, non quibus alios ſibi obſtrictos habent. Scio aliis ſufficere, ſi cambialia argumenta ſecundum ordinem perſonarum, vel iurium ſenſu generali, quo etiam obligationes comprehendunt, iisdem competentium pertractentur. Sed cum ſingulorum iuri aliorum obligatio reſpondeat, malo hanc ſolam ducem ſequi: ne aut crambem eandem ſaepius recoquere cogar, aut temere vno loco ponere, quod aequali iure alium occuparet. (f) Vnde §. 25. honorati, §. 26. honorantis, §. 27. exactoris, §. 28. aliorum obligationes exponam.

(a) *Rot. Gen. Dec. 32. num. 23. Scacc. § 2. Gloſſ. 5. num. 383.* (b) *arg. l. 23. ff. de Manum. l. vn. pr. C. de Collegiat. Dn. Barth. Hodeg. For. cap. 4. §. 4. not. Z. pag. 700.*

Honorans gaudet iure exactoris, etiam ſecun-

(c) *Ordin. Mercat. Gall. Tit. 5. art. 3.* cuius verſionem Germanicam poſt alias *Dn. Marperger. Colleg. Commerc. Part. 2. pag. 46.* exhibet nouam, ſed perplexam. *Ord. Camb. Lipſ. §. 17. Dantiſc. art. 13. Phoonſen. cap. 18. poſ. 5.* Quod ne quis,

*imo exactori ad ſortem, impenſas,* adimplementum penitus abſoluerit (d). Hoc facto honoratus ad ſortem ex literis cambialibus ſolutam, & omnes quae ideo erogandae fuerunt, impenſas reſtituendas (e), ſalariumque ſoluendum (f) obligatur. Inſuper vſu-

dum principia legum Rom. tanquam priuilegium a iure communi exorbitans, vltra ea, quibus nominatim conceſſum eſt, loca proferendum neget; operae pretium eſt, eius probationem ex ipſis iuris Romani principiis tentare. Sane qui ſua pecunia creditorum dimiſit, in ius pignoris, quo ille gaudebat, ſuccedit, *l. 16. ff. qui pot. in pignor.* & vſuras, quibus debitorem liberauit, vltra ea, quae ipſi abſunt, conſequitur *l. 3. §. 1. ff de contr. tut.* Saltem negotium confectum eſt, ſi actiones ſuas ceſſerit exactor. Has vero praeſtare tenetur *§. 27. lit. H.* Itaque eo ipſo, dum ſolutionem accipit, quodammodo nomen debitoris vendit docente P*aulo in l. 36. ff. de Fidei.* Quare honorans vt emtor ex reſcripto Diui Pii iam habet actiones vtiles *l. 16. ff. de pact. l. 5. C. de hered. vel act. vend.* etiam acceſſorias *l. 7. C. de O. & A.* Quae cum idem, quod directae, operentur, *not. ſeq. K.* & ſecundum originem cambialem competant *not. ſeq. V.*, iure exactoris pleniſſime gaudet. Quod erat de-

poſt ſolutionem, monſtrandum. Add. *d. not. V.* (d) Docent hoc leges cambiales modo adductae, quae ſurrogationem honorantis in locum praeſentantis ſolutione demum praeſtita fieri diſerte ſanciunt. *Conſ. Ius Camb. Magd. art. 22. Brand. art. 24.* Idque nec a ciuili Iurisprudentia abhorret *arg. l. 10. § 12. ff. l. 10. C. mund.* Add. *Not. praec.*

non acceptationem. Proinde acceptatio ſubſidiaria haud obſtringet honoratum ad cautionem ſecundum rigorem cambialem praeſtandam, licet eam extorquere potuiſſet exactor. Poterit tamen honorans, ſi res ita ferat, honoratum ad media ſoluendi ſubminiſtranda vel relinquenda inſtar traſſati ac ſuo iure, etiam antequam ſoluerit,

Honorans [illegible] repetit impenſas, quas? adigere *arg. l. 28. in fin. ff. de N. G. l. 45. pr. §. 2. & 5. ff. Mandat.* (e) Vid. *loca §. praec. 8. not. M. §. 10. in fin.* excitata. Add. *not. ſeqq. G. H.* fac. *l. 36. in fin. ff. d. N. G.* Quod impenſas attinet, ſunt qui poſt honorarium adimplementum non alias, quam quae in proteſtationem factae fuerunt; ſin cambium absque ſolutione redie-

rit

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0074-5

vſuras debet (g). Niſi omnia recambio ſumta fuerint: quo caſu hoc quoque praeſtat (h). Tenetur vero acti *vſuras & recambium.*

 one

rit, vltra id, quod intereſt, longe grauiores deberi ſibi perſuadeant. *Anton. Heydiger. cap. 8. p. 77. Dn. Koenig Annot. 4. ad §. 17. Ord. Camb. Lipſ.* Sed, niſi per honorantem caueatur, quo minus per plures perſonas cambium reuerſum ambulet, nullum hic diſcrimen agnoſco. Merces nunciorum vtroque caſu reſtituenda eſt. Proxeneticum pariter recambio inito, non alias. Plura in cambium nec erogantur, nec repetuntur. (f) Qui ſubſidiarium adimplementum praeſtat, recte petit honorarium ex ſtatutis, *Ordin. Camb. VVratislau. art. 11. Auguſt. art. 9.* moribusque receptis. *Peri Negot. Part. 3. cap. 13. p. 37.* Quod habet rationem. Licet enim alias gratuitum officium praeſtet mandatarius *§. f I. de Mandat.* & negotiorum geſtor. *l. 38. ff. de Negot. geſt.* recte tamen excipiuntur hae operae tanquam ſingulares & artificiales, quales ne tutor quidem gratis praeſtare tenetur, teſte *Berlich. Deciſ. 134. n. 4 10.* (g) *Ordin. Mercat. Gall. Tit. 6. art. 4. & 7.* A tempore erogationis *l. 19. §. 4. ff. d. Negot. Geſt. fac. l 3. §. 1. ff. d. contrar. tutel. l. 12. §. 9. ff Mand. l. 13. §. 20. ff. l. 5. C. d. Act. emt. l. 18. §. 1. ff l. 2. C. d. vſur. Add. Ius Camb. Magdeb. art. 18. Brandenb. art. 20.* Recambio facto ex ipſo vſurae debentur a tempore morae *arg. l. 17. §. 4. ff. d. vſur. l. 6. §. f l. 7. ff de Neg. Geſt. Receſſ. Imp. de anno 1600. §.* So viel num. *139.* (h) Ex rationibus, ad quas *not. praeced. E.* lectorem remiſi. Hoc ergo caſu id lucratur honoratus ne forte aliud ac durius intereſſe petat exactor. Equidem *Anon. loc. cit* & qui eum ſequuntur, huic omne intereſſe lucri ceſſantis & damni emergentis, vna cum recambio, tribuunt. Sed vt taceam lucrum ceſſans recambio vel vſuris maius vix vsquam deberi; aegre credo fieri poſſe, vt ſimul & id, quod intereſt, & recambium adiudicetur. Non enim caruit pecunia, ideoque nec aliud damnum emergens aut lucrum ceſſans allegare poteſt, qui illud reapſe iniit. Qui minus; id petere plerumque plane prohibetur *§. praec. 14. not. L.* alicubi vice eius, quod intereſt, poſtulare poteſt, *Ius Camb. Magdeb. art. 14 - 17. Brandenb. art. 16 - 19.* Quo iure

honorarium,

vſuras,

recambium; non aliud intereſſe, quod nec exactori cum recambio debetur.

*actione exactoris, mandati, aut neg geſt.*

one, cum eadem, qua exactori (i); tum contraria mandati, quoties honorans certam eius voluntatem ſecutus fuit (k); ſin pro ignorante interuenerit, negotiorum geſtorum (l). Eaque plerumque directa eſt, aliquando v-

tilis

Ex cambio non ſoluto quaenam actio detur?

iure tum etiam honorans gaudebit. (i) per ea, quae *not. praec. C.* dicta ſunt. Genus actionis lubens omitto: cum propter infinitas Doctorum de eo controuerſias, quas huius loci non eſt excutere; tum etiam, quia, vt ex inſtrumento guarentigiato, ita ex literis cambialibus non vna, ſed variae actiones pro negotii diuerſitate competunt. Compara *I. Domat Loix Ciuiles dans leur ordre naturel Tom. I. lib. I. Tit. 16. Sect. 4. p. 146. b. Tit. Iur. priu. Lib. 10. cap. 5. §. 5.* De quibus ſi dubium incidat, praeſcriptis verbis agendum. *arg. l. 1. pr. §. 1. ff. de Praeſcr. verb. l. 17. l. 24. ff. eod. Rutger. Ruland. de Commiſſar. Part. 3. lib. 7. cap. 2. num. 6.*

Diſquiſitionis illius inutilitas.

Si tamen operae pretium putetur, actionem illam peculiari nomine inſignire, quo minime opus habet; *cum vtique actiones ciuiles inepte accommodentur ad materiam ex mero iure naturae & gentium definiendam.* Verba ſunt *Exc. Dn. Wernheri*, quibus *Diſſert. de iur. repreſſaliar. inter Princ. imper.* praeterito menſe habitam finit.

Honorans habet actionem mandati, modo honoratus mandauerit,

(k) *a. l. 12. §. 7. ff. Mandat.* Add. *Bod. Theſ. 7. lit. Q.* Sed ad actionem hanc mandato opus eſt, quo traſſatus, praeſentans, quiuis falſo ab aliquibus inſtructus creditur, vt dixi *§. praec. 8.* Vnde concedi non poteſt, quod *Huberus* tanquam ſingulare ſeruari tradit *Prael. ad ff. t. Mand. theſ. 12.* traſſato recuſante quemlibet acceptando & ſoluendo mandati actionem acquirere. Nec id dicit, quem *Huberus* in eam rem citat, *Hugo Grot. Introd. in Iuriſpr. Bat. L. 3. Part. 13. num. 3.* vbi ſaltem generaliter actionem tribuit honoranti, quam illi pariter concedit eundem ſecutus *Zypaeus Notit. Iur. Belg. l. 4. §. d. camb. num. 2. p. 136.* & de actione N. G. explicat *Groenewegen ad Grot. d. l. not. 3.*

alias negotiorum geſtorum,

(l) *arg. §. 1. I. d. oblig. quae quaſ. ex contr. l. 19. §. 2. l. 31. §. 2. l. 32. l. 43. l. 46. ff. de Neg. Geſt. l. 12. §. 6. ff. Mand.* Add *§. praec. 8. not. M.* Plerique generaliter actionem negotiorum geſtorum ex adimplemento honorario concedunt. *Stypmann. de Iur. marit. Part. 2. cap. 8. n. Vogt. de Camb. Theſ.*

*7. lit.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0076-7

tilis (m): nempe pro habitu factorum, quorum diſtinctioni diligentiam inutilem (n) impendere ſnolo. Vtrique tam aduerſus eum locus eſt, pro cuius computo cambium fuit celebratum (o), quam contra alium intermedium (p). Sunt qui condictionem ex lege (q) vel moribus (r) concedant, quos ſuo ſenſu facile patior abundare. Neqe enim video, quid interſit, vtrum per ſtatuta & conſuetudines inueteratas actiones Romano iure datae huic negotio etiam quoad eos, qui non omni dubio

*ſiue principali, ſiue intermedio honorato; an condictione*

*7. lit. G p. m. 187. Eman. Eckold. ad ff. Tit. de Neg. geſt. §. 3. Aug. Bened. Carpzou. de Camb. Theſ. 58. Müller. ad Struu. Exerc. 25. Theſ. 44. Not. e. in fin. Willenberg. de Exc. dol. in camb. §. 31. Dn. Mencken. ad Proceſſ. Diſput. 1. §. 60. Theor. & prax. ff. Libr. 19. Tit. 6. §. 13.* Sed hi non diſſentiunt, verum honorati ignorantiam ſupponunt. *a. l. 6. §. 2. ff Mand. i. l. 5. ff. de Oblig. & Act.*

(m) Poſtremam honoranti poſt *Rot. Gen. Dec. 32. num. 3. tribuit Conſult. Dn. God.* Bönigk. *Digeſt Iur. Ciuil. Rom. in ordin. natural. reduct. Libr. 4. Tit. 29. §. 14. fin.* Eaque poſitis terminis habilibus locum habet *arg. l. 17. C. de N. G. l. 7. C. arbitr. tutel.*

aliquando vtilem,

(n) Vtraque enim actio eundem habet effectum *l. 47. § 1. ff. de Negot. Geſt.* quem ſolum intuemur, *a. l. 8. §. 13. ff. ad SCt. Vellei.* de formulis minime ſolliciti *arg. § f I. de Interd. l. 1. C. de Form. & impetr. act. ſublat.* Imo etiam ante illas ſublatas in hac actione, vtpote extraordinaria, ſubtilitas iſta ſuperflua fluit. *d. l. 47. §. 1. ff. de Neg. Geſt. fac. l. 5 pr. l. 6. §. 5. l. 29. l. 32. pr. l f ff. eod.*

eiusdem cum directa poteſtatis,

(o) *arg. l. 6. pr. l. 28. l. 29. l. 31. §. 1. ff. l. 4. C. de N. G. de Turri Diſp. 2. Quaeſt. 13. num. 37.* Diſſ. *Peri Negot. part. 3. cap. 13. p. 37.* Cuius argumenta illum ex contractu non teneri euincunt. Quod concedo ſaluo quaſi contractu *arg. l. 5. ff. de O. & A.* Quoties enim praeter illum, in quem cambii non ſoluti incommoda in fine redundarent, etiam alii ante ipſum eiusdem nomine tenerentur, horum quoque negotium gerit, qui illud adimplet. *arg. d. l. 6. pr. l. 31. §. 1. ff. eod. de Turri ib. num. 73. 74.*

etiam aduerſus eum, cuius computo cambium celebratum.

(q) *arg. l. 6. ff. de pact. l. vn. ff. de Condict. ex. leg. Id. ib. n. 33. 47-51.* Quia legibus nouis cambiali-

an condictionem ex lege

*ex lege vel moribus? cambialiter*

dubio carebant, caſus applicari, an nouae indulgeri dicantur (s). Modo memineris, quaecunque admittantur (t), omnes cambiales eſſe (u), ſi conueniatur, qui exactori ſecundum rigorem cambialem tenebatur (x).

§.XXVI.

vel moribus?

Quaeſtionis inutilitas.

Actio honoranti competens cambialis eſt.

bialibus ius agendi pinguius conceditur, & ad certas conditiones adſtringirur, non expreſſo actionis nomine. (r) *Id. ib. n. 72.* ob diſpoſitionem ſtatutorum cambialium in hoc argumento generalibus etiam aliorum locorum moribus receptum *n. 50.* (s) Nam ſententiarum in hac quaeſtione diuerſitas vim ac poteſtatem actionis non tangit. In nomine vero faciles eſſe decet, modo aptam rei & propoſito negotio competentem eam eſſe conſtet *l. f. C. d. form. & impetr. act. ſubl.* (t) Sicut enim eadem actio modo ordinaria, modo ſummaria, modo executiua eſt; ita nihil obſtat, quo minus illi, de qua quaero, quaecunque tandem ea eſſe putetur, qualitas cambialis adiecta credatur. Vt propter executionis rigorem & exceptiones ademtas opus non ſit nouam actionem comminiſci. Nam perinde eſt, ſi veterem noua quadam adiectione auctam & exornatam ſtatuamus. *arg. l. vn §. 2. C. d. Rei vxor. act.* Add. *Ord. Camb. Brunſu. art. 16.* (u) *De Turri d. l. n. 78. in fin. Phoonſen. cap. 18. poſ 23.* Non quia honorans traſſati loco eſt; vid. *praec. §. 11. not. D.* Add. tamen *Dn. Barth. Hodeget. Iur. cap. 4. §. 4. not. Z. p. 700.* ſed quia iure exactoris, vt *not. praec. B.* dixi fruitur. Maxime cum alias etiam ex inſtrumento guarentigiato executiue agere poſſit, quisquis ei ſe debitoris ignorantis nomine ſatisfeciſſe in continenti probat. *Dn. Berger Suppl. ad Theſ. 16. Elect. Proc. Exec. p. 2.* Nam quia lex conſenſum vtriusq; ſupplet, & creditoris *l. 16. ff de Pact.* & debitoris *§. 1. I. d. obl. quae quaſi ex contr.* nihil impedit, quo minus qui ſoluit eodem modo, quo creditor, experiatur. Quare non poſſum ſuffrageri *Dn. Zipffelio*, qui ne quidem iure executiuo honorantem pecunias exigere patitur *Sect. 4 §. Diſp. 6. op. mai. p. 102.* Potius recte petitur recognitio & ſolutio iure cambiali, bey Wechſel-Recht / vt habet formula libelli, quam de hac actione exhibet *Dn Barth. d. not. Z p. 703.* vnde nec locus eſt exceptionibus ex perſona tertii competentibus. *Raph d. Turri Diſp. 2. quaeſt. 13. n. 33.* Quod in Saxonia Electorali confirmat Conſtitutio, quam *§. 17. not. I.* allegaui. Illa enim amplianda potius eſt, quam reſtringenda, vt probat *Dn. Gribn. d. Iur. incert. §. 9.* (x)

Form. libelli.

Exceptiones ex perſona tertii ceſſant.

Obligatio II. honorantis erga 1) honoratum,

§. XXVI. Viciſſim honorans honorato, inſuperque exactori, imo etiam aliis obſtringitur. Honorato ad coepta vtiliter perficienda tenetur (a). Adeoque de negotii ſucceſſu eundem tempeſtiue certiorem reddet (b), miſſo ſimul proteſtationis inſtrumento (c). Ipſas etiam literas cambiales, quam primum licet, ad eundem toties relegabit, quoties quicunque alii ob deficiens ad-

K im-

Modo honoratus exactori teneatur rigore cambiali.

Cum enim non omnes, quos honorare licet, alias iuri cambiali obnoxii ſint, *arg. § praeced. 13. lit. A. & Q. i. §. 16. not. Q.* nec honorario adimplemento ea virtus adſcribi poteſt. *a. l. 25. ff. de Leg. l. 3. § 5. ff. de Carbon. Edict.* Cum aliis quoque mitius agendum eſt, quoties honorans in benigniores conditiones conſenſit *arg. l. pen. C. de Pact.*

Obligatio honorantis honoratum de re geſta certiorem reddendi. a Obiect.

(a) *l. 21. §. 2. l. 31. §. 2. ff. de Neg. geſt. §. 11. I. l. 5. §. 1. l. 22. §. f. l. 27. §. 2. l. 44 ff. Mandat.* (b) *Statut. Gen. lib. 4. cap. 14. §. Praeterea volens & §. Sed ſi tale Scacc. §. 2. Gloſſ. 5. num. 363. 388. Phoonſen. cap. 7. poſ. 15. cap. 28. poſ. 5.* ne domino ex negligentia teneatur. *§. 1. I. de Obligat. quae quaſi ex contr. l. 20. C. de neg. geſt. l. 21. ff. l. 13. C. mandat.* Secus ſentit *Rot. Gen. Dec. 23. num. 18 - 20. Reuſner. de Camb. th. 24. Stypmann. de Iur. Marit. P. 2. cap. 8. num. 109 - 111.* qui honoratum ipſum 1) negotii ſui conditionem explorare iubent *arg. l. vn. § 5. ff. Furt. adu. naut. l. 9. ff. de R. I.* 2) eoque neglecto pro ſciente habent *a. l. f. ff. ad SCt. Maced.* negantque 3) eius intereſſe ante ſuſceptum liberum adimplementum. *arg. l. 22. § f. ff. Mandat.* Falſo. Nam intereſſe domini, vt ſciat mandatum recuſari, quo ſuum auctorem eo nomine conueniat, vel decoctionis inter illas moras ſecutae exemplum oſtendit, cuius poſt *Rot. Gen.* meminit *Scaccia dict. loc.* Negligentiam vero in inquirendo fruſtra eidem exprobrat mandatarius aut negotiorum geſtor, cum eorum operam ea ipſa, quorum ille curam non gerit, expoſcant. *§. 1. I. de Obl. quae ex contr. l. 1. ff. de N. G. l. 5. ff. de O. & A. §. 11. I. l. 22. § f. l. 27. §. 2. ff. Mand.*

Reſp.

Honorato mittendum, proteſtatio-

(c) *Phoonſen dd. ll. & cap. 18. poſ 21.* ex eodem fundamento. Cum nec ſufficiat honorantis aſſertio, nec honoratus absque inſtrumento Notarii ſuum ab auctore ſuo commode conſequatur.

implementum liberum ab eo conueniri poſſunt (d). Ipſum tamen ab onere eosdem excutiendi mores campſorum immunem reddunt (e). A ſe vero, ſi res patiatur, non poteſt non exigere (f). Exactori aeque diſtricte obligatur ex honoraria acceptatione, quam qui liberam praeſtitit (g). Huic ergo ne quidem honorati, ſi poſt initum iam fugae conſilium dolo malo ab eo fuerit inductus, certam fraudem (h), nec ſi forte pro inuito interceſſerit, eiusdem prohibitionem recte opponet (i). De-

2) *exactorem,*

(d) *Phoonſen. cap. 18. poſ. 21.* Neque enim absque literis cambialibus ius ſuum commode perſequi poteſt honoratus. Add. *Ordin. Camb. Lipſ. §. 15. prope fin.* Vnde ex conſuetudine mercatorum, qua literae cambii ſolutae alias penes ſoluentem manere ſolent, quoad honorarium adimplementum minus accurate argumentatur *De Turri Diſp. 2. Quaeſt. 14. num. 51.* Nec vti licet vt plurimum cautela, quam ſuggerit, cum ſchedulam cambii ab honorante retineri ſuadet, *Peri Negot. Part. 4. cap. 15. p. 20. pr.* Exactoris quoque apocham mittendam putat *Phoonſen. d. l.* Quod ſalutare eſt, non omnino neceſſarium, cum proteſtationis inſtrumentum & Cambii poſſeſſio ſolutionem ſatis euincat. (e) *Phoonſen. cap. 30. poſ. 18.* Cum nec exactor, cui honorans ſubſtituitur, ad alios conueniendos obſtringatur. *Ius Camb. Magdeb. art. 19. Brand. art. 21. & inprimis Ordin. Camb. Wratislau. art. 16. Dn. Hoeckner. de Literar. Camb. Indoſſament. cap. 3. §. 11.* fac. *l. 4. § 1. ff de alienat. iudic. mut. l. 33. ff. de Vſur. l. 20. C. de Negot. geſt.* (f) *l. 6. §. f. l. 38. ff. eod.* Add. *§. praec. 14. not. Q. R.* (g) *Statut. Hamb. L. 2. Tit. 6. art. 9. Conſuet. Camb. Antwerp. art. 5. Statut. Amſtelod. ann. 1662. ap. Phoonſen. P. 2. p. 2. Ordin. Camb. Wratislau. art. 11. Ius Camb. Suec. art. 12. Ord. Camb. Dantiſc. art. 11.* (h) *Dn. Willenberg. de Except. dol. in Camb. ceſſ. §. 61.* Quae Diſputatio in eo tota eſt, vt probet, acceptantem de fraude traſſantis foro ſtatim ceſſari fruſtra aduerſus exactorem excipere. Quam ſententiam porro manifeſtisſime, meo iudicio, tuetur *l. 9. §. 1. ff. d. t.* Con-

nis inſtrumentum, & cambium

An apocha?

Acceptatio tractae fraudulentae obligat,

(i). Denique illi etiam impenſas ob non ſecutam executionem cambii ſimplicem factas reſtituet (k). Neque enim moris eſt, tantilli nomine traſſantem adire (l). Quod alios attinet, non eſt dubium, quin ex honorario adimplemento omnibus honorati auctoribus ad negotium ſuſceptum vtiliter finiendum (m); & ex acceptatione ſingulis, qui cauſſam ab honorato habent, ad ſolutionem obſtringatur (n). Praeterea aliis plures, aut mino-

*3) Honorati auctores,*

*4) eiusdem ſucceſſores,*



*Condict. cauſ. dat. cauſ. non ſec. l. 4. §. 21. ff. de dol. mal. & met. exc.* Add. *l. 78. §. f. ff. de iur. dot. l. 6. C. de non num. pec. i. § 2. I. de Except. l. 2. §. 3. ff. de dol. mal & met. exc.* (i) Nam & fideiuſſio pro invito facta licet non obliget debitorem, tamen promittentem obſtringit *l. 53. ff. Mandat. i. l. 6. §. 2. ff. eod.* Pariter qui prohibentis honore ſoluit, pecunias ab exactore non repetit, cum ab eo liberauerit debitorem, *pr. I. quib. mod. toll. obl.* licet ſibi minime obligatum *l. f. C. de N. G.* (k) *Ius Camb. Pruſſ. artic. 9. Ordin. Camb Franc. art. 9. Brunſu. art. 19.* Reddendae ergo ſportulae in proteſtationem, *Statut. Hamb. Lib. 2. Tit. 7. art. 3. i. 7. Ord. Camb. Dant. art. 13.* &, ſi epiſtolam eo nomine ſcribi neceſſe fuit, etiam in nuncios factae. *Ius Camb. Pruſſ. art. 10.* (l) Equidem *Dn. Remer. de ver. obl. val. S. 2. C. 13. §. 61.* ſumtus iſtos a traſſante reſtituendos putat remittenti. Quo facto hic eosdem praeſentanti reddere teneretur. Sed nec amant exactores, nec ſectari coguntur tantas in re minima ambages. Potius vt, ipſo docente §. 53. alias ſolent, impenſas in proteſtationem erogatas ab eodem repetunt, qui ſortem ſoluit. Nec fauet ipſi locus, quem ex *Heydigeri cap. 8. p. 77.* adducit. Is enim de alio plane caſu loquitur, quo remittens cambium ipſum ſine ſolutione reuerſum vna cum impenſis a ſcribente exigit. (m) *arg. l. 6. pr. l. 28. l. 31. § 1. ff. de N. G.* (n) Quemadmodum ſimplex acceptator tenetur. *Ius Camb. Pruſſ. art. 32.* Nec obſtat, quod alius pro alio inutiliter ſtipuletur *§. 4. & 19. I. l. 3. C. de inutil. ſtipulat. l. 11. ff. d. O. & A. l. 38. §. 17. l. 126. §. 2. ff. de V. O. l. 73. §. f. ff. de R. I. l. 1. C. Per* quas

nec non, quae honorato invito facta.

Honorans exactori reſtituit impenſas,

non honoratus remittenti,

Variae ſententiae de ſtipulatione pro tertio facta.

5) *alios in adimplemento honor. concurrentes.*

nore onere eundem liberaturis cedere debet (o), hique viciſſim priori honoranti praeter indemnitatem (p) etiam

*quas perſ. n.* Nam ea doctrina inter Germanos aut plane non ſeruatur, quam ſententiam egregie exornauit *Conſult. Dn. Hamberger. de non vſu ſtipulat. vſuque pactor. in for. Germ. cap. 3. §. 7 - 9.* (vbi tamen dubito, vtrum *cap. 36. Iur. feudal. Sax.* legibus Romanis recte opponatur *arg. l. 9. § 3. ff. de dol. mal. l. 18. ff. d. Praeſcr. verb.*) aut in iis ſaltem negotiis, quae toto die per alios curantur, negligitur: *Ill. Dn. Praeſes Not. ad ff. Tit. de verb. oblig. p. 335.* aut minimum quoad cambia patitur exceptionem. *Huber. prael. ad I. tit. de inutil ſtipulat. theſ. 6. reſponſ.* Add. *Ord. Camb. Lipſ. §. 28. Ius Camb. Magd. art. 23.* Imo etiam ſecundum ius Romanum praeſentans vtiliter ſtipulatur omnibus, a quibus ipſe cauſſam habet, quia tertio acquiritur obligatio ex re ſua *d. l. 126. §. 2. ff de V. O.* & per mandatarium *l. 13. § 25. ff de Act. Emt. l. 27. §. 10. l. 28. l. 68. ff. d. Procur. Dn. Kreſſ. Specim. Iurisprudent. ciu. for. Libr. 3. Tit. 6. §. 4.* & alios, quorum intereſt *§. 20. I. de inutil. ſtipulat.*

quae in cambiis ſuſtinetur.

(o) Propter honorati vtilitatem, quam, quoties alius commodius adminiſtraturus eſſet, non remiſſius altero promouere tenetur, *§. 1. I. de Oblig. quae quaſi ex contr. l. 6. §. 12. ff. de N. G.* aut locum illi cedere *arg. §. 11. I. l. 22. §. ſ. ff. Mandat.* ſiue libere ſiue honoris cauſſa ſoluturo. Quae obſtare videntur, ordinationum cambialium loca de interitu praelationis traſſato & exactori competentis, poſtquam alius ad honorarium adimplementum admiſſus fuit, intelligenda dixi §. *praeced. 18. not. I.* Plane libere ſoluturum indiſtincte honoranti praefert *Ius Camb. Pruſſ. art. 9. & Ordin. Camb. Dantiſ. art. 12.* idemque, modo traſſatus ante vltimum termini diem ſuam voluntatem denunciet, ſtatuit *Ordin. Camb. Norib. art. 12.* Quin honorante volente a traſſato ſemper & vbique ſolutio accipi debeat, extra dubium eſt. *Ord. Camb. Wratislau. art. 11.*

Honorans tenetur cedere alii negotium vtilius geſtato.

An libere ſoluturo?

(p) *a. l. 7. ff. Teſtam. quemadm. ap.* Atque iſtam puto rationem eſſe *Statuti Gen. ann. 1633. Cap. Fer. Veſunt. 35. ſubiecti*, quo, qui literas cambiales acceptare noluerat, poſtea ſoluturus admitti iubetur, cum onere ſortem iisdem contentam ad locum, vnde illae venerant,

Honorans alteri locum cedens ab eodem indemnis ſeruandus.

ab

iam ſalarium praeſtare (q).

Obligatio III. exactoris erga I) auctorem,

§.XXVII. Sequuntur officia ab exactore tam ei, a quo cauſſam habet, quam honoranti debita. Is igitur auctori ſuo induſtriam probat, ſi rem geſtam illi ſtatim ſignificet (a). Poteſt tamen id ſaluo ſuo iure omittere (b). Multo minus ad publicum proteſtationis denegato adimplemento libero oppoſitae teſtimonium eidem mittendum compellitur (c): niſi forte, qui honoris ergo ac-



Statutum ea de re feriarū Italicarum

& Noriberg.

ab exactore volente cambio ſumendi. Quod, niſi me omnia fallunt, nititur præſumtione pecuniarum, quas creditor alias cambiis fuiſſet collocaturus, ideo otioſe ſeruatarum. Eaque etiam pro honorante militare & a Noribergenſibus quoque, poſtquam dies ſolutionis aut induciarum venit, approbata videtur *all. art. 11.* Add. *§. praec. 18. not. L.* Expenſae erogatae ſine dubio reſtituendae ſunt. *Ord. Camb. Dantiſc. art. 12.* (q) *d. art. 12.* Quod alicubi ad dimidium honorarii alias conſueti reſtringitur *Phoonſen cap. 12. poſ. 19. cap. 18. poſ. 13.* Inter Pruſſos ei, qui honoris cauſa ſaltem acceptauit, quadrans centeſimae, ſiue ex 400. aureis vnus, ſolui ſolet prouiſionis, quam vocant, nomine. *Ius Camb. Pruſſ art. 9.* vbi eam a volente recte remitti additur, quod & monet *Ord. Camb. Dant. d. l.* & probat *arg. l. 29. C. de pact.*

Honorarium cedenti ſoluendum.

(a) Maxime, ſi non ipſe traſſatus, ſed alius honorauerit. Quo caſu id ſuadet *Phoonſen. cap. 7. poſ. 16.* (b) Nam ſi non conſequatur adimplementum, id ſtatim nunciari, aut periculum ab exactore ſuſcipi debet *Ordin. Camb. Lipſ. §. 5. 15. 27. in fin. Ius Dan. libr. 5 c. 14. art. 13. 14. Ius Camb. Magdeb. art. 7. Brand. art. 9.* Vnde niſi aliud referatur, executio pro facta habetur. *arg. l. 25. ff. de Probat. l. 112. ff. d. R. I.* At remittentis in hac cauſſa non intereſt, vtrum ſimpliciter, an honoris ergo ſatisfiat. (c) Quod diſerte prohibet *Ord. Camb. Nor. art. 11.* Ne ex eodem conueniantur, qui honorario adimplemento liberati fuerunt. *§. praec. 24 lit. B. D.* Exceptionem a regula facit *Ius Camb. Pruſſ. art. 9.* quo exactor obtenta honoraria acceptatione proteſtationis inſtrumentum transmittere iubetur.

Exactor auctori non tenetur nunciare adimpl. honor.

nec proteſtum mittere.

niſi in Pruſſia,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0083-5

*z) honorantem, ad tradendum proteſtum, & cambium,*

ceptauerat, & ipſe deficiat in ſolutione (d). Honoranti vero idem tradere (e), ipſasque cambii literas, quam primum iisdem penitus ſatisfactum, relinquere iubetur (f). Pariter eidem actiones contra honoratum illiusque auctores ex abundanti (g) cedere cogitur (h). Quod ipſum facta

& ſolutione ab acceptante honorario non præſtita.

(d) Nam ius aduerſus traſſantem ac reliquos auctores proteſtatione denegationi liberae acceptationis oppoſita conſeruatum fuit. §. *20. lit. G.* Adeoque publico illius teſtimonio ad impetrandam eorum condemnationem opus eſt. *Sperander* Sorgfält. *Negotiant* und Wechsler. *p. m. 27.* (e) *Ord. Camb. Francoſ. art. 8. Lipſ. §. 17. Sperander. p. 28.* Add. *Ord. Camb. Brunſu. art. 19. Dantiſc. art. 11.* Ratio patet ex *not. C.* §. *26.* (f) *Statut. Hamb. L. 2. Tit. 7. art. 9. Ord. Franc. all. Vffenbach. de proteſt. cap. 3. num. 28. Scacc.* §. *2. Gloſſ. 5. num. 89. p. m. 346. verſ. extende quarto.* Licet enim alias venditor inſtrumenta emtori tradere non compellatur, *arg. l. 48. l. 52. ff. de act. emt.* ſecus tamen eſt, quoties cauſſa retentionis ob immunitatem ab euictionis praeſtatione vid. *not. ſeq. K.* deficit *a. l. 2. C. de cond. ex leg. Carpzou.* P. *2. conſt. El. 33. Def. 18.* Accedit, quod actio emtori praeſtanda ſit cum acceſſionibus *arg. l. 6. ff. haered. vel act. vend. l. 2. C. de Fidei.* adeoque etiam iure cambiali, quod ſine literis cambialibus exerceri nequit. §. *praec. 16. not. Q.*

Cambium honoris cauſſa ſoluenti tradendum.

(g) Honorans enim ipſo iure exactori ſubſtituitur. § *praeced. 25. not. C.* Interim ſi nimirum huic doctrinae conſideretur, facile celerrimam executionem remorari poſſent praeconceptae Doctorum, ſubtilitatibus adſuetorum, opiniones. Add. *Groenweg. ad l. 11. C. de Fidei.* (h) *Phoonſen. cap. 18. poſ. 7.* Solent enim honorans aut acceptare literas cambiales, aut earum ſolutionem, licet aliquando breuiſſimo, antequam eam praeſtet, interuallo promittere. Vtroque caſu conſtituentis inſtar obligatur. *arg. §. 9. I. de Act. l. 5. §. 3. & 8. ff. de conſtit. pec.* Itaque ſoluendo non extinguit actiones, ſed emit, eumque animum ſaltem proteſtando declarare videtur. *arg. l. 36. ff. de Fideiuſſ.* Quare iure ſuo ceſſionem vrget. *a. l. 23. ff. de hered. vel act. vend.* quam alias quoque negotiorum geſtori debet, qui ſolutionem ab eo accipit. *arg. l. 13. ff.*

Ceſſio actionum non neceſſaria, ſed vtilis,

& honoris cauſſa ſoluenti ab exactore debita.

facta etiam ſolutione adhuc valide fieri minime ambigo (i). Caeterum in aprico eſt, ſoluenti eum de acceptis

cedendasq; actiones, non accepta

*13. ff. de Fidei.* Vtrum vero in hoc Ducatu ceſsio, vti alias iubet *Ordin. Polit. cap. L. §. 2.* iudicialiter in hoc celerrimae expeditionis negotio fieri debeat, ambigo. Certe his ambagibus minime opus eſt, ſi actio transferatur mediante indoſſamento, quod tuto fieri poteſt, ſi binis verbis inſeratur, id absque obligatione euictionem praeſtandi ſcribi. Imo nec alias inde tenebitur indoſſans, niſi, quod ab honorante fruſtra metuitur, ſtatim adeatur. *Ord. Camb. Lipſ. §. 15. & 22. Ius Camb. Magdeb. art. 20. Brand. a. 22.* Interim ſufficit ceſsio extra literas cambiales facta, in qua bonitatem nominis a cedente haud praeſtari docet *Dn. Hoeckner. de liter. Camb. Indoſſament. cap. 2. §. 1.* Nec aliam intelligit *Scacc. d. num. 89.* facile defendendus aduerſus *Eundem*, cum exactores a neceſsitate ceſsionis ob periculum quo eam pleniſsimam putat, illo refragante, abſoluit. *d. Differt. c. 3. §. 7.*

An in Ducatu Magd. iudicialiter facienda? Expediri poteſt per indoſſamentum, aut extra cambium,

(i) Maxime ſi ſolutioni addita fuerit proteſtatio de actionibus cedentis. *Ill. Berger. Tom. 2. Supplem. ad Elect. Diſcept. for. Tit. 5. Suppl. 9. num. 1. 2. p. 123.* vbi eadem omiſſa ſecus ſentit, ideo quod nomen per ſolutionem ſemel extinctum amplius transferri nequeat, *l. 70. ff. de Solut.* Vid. *Ianus a Coſta ad pr. I. quib. mod. toll. obl.* verb. *ſed etiam. Huber ad ff. Tit. Mandat. theſ. 9.* aliique magno numero allegati *dict. Tom. 2. p. 127. 128.* Verum ipſo etiam ciuili iure in dubio non tam extinguere debitum, quam emere voluiſſe cenſetur ſoluens, adeoque ceſsionem adhuc recte poſtulat. *l. 36. ff. de Fidei. add. l. 10. l. 17. ff. eod. Theodor. Marcil. ad §. f. I. de Fidei. Sand. de Ceſſ. act. cap. 7. Strauch. ad vniu. Ius Iuſtin. Diſſ. 14. Theſ. 18. Carpzou. Lib. 2. Reſp. 70. Id. P. 2. conſt. 17. Def. 16. Tit. Obſeru. Lauterbach. 1168.* Saltem praxi hodierna illam ſententiam probari docent *Ill. Dn. Praeſes Not. ad ff. Tit. de Fidei. p. 338. Vſ. Modern. ff ib §. 27. Beyer. ib. poſt poſit. 24. Coler. de Proc. Execut. P. 1. C. 10. num. 418. ſeqq.* eandemq; inter mercatores potiſsimum & in cauſſis cambialibus oppoſitae ſubtilitati praeferendam tradit *Dn. Hoeckner. d. l.* Denique illum iuris rigorem alio commento eludere licet. Qui enim literas

etiam poſt ſolutionem factam, quamuis ceſsio proteſtando reſeruata haud fuerit, ſecundum leges ciuiles, & praxin, in primis mercatoriam imo etiam iuris ſubtilitatem.

*reſtituenda.* tis minime teneri (k).

Obligatio IIII. aliorum: 1) *acceptatoris ſimplicis*,

§. XXVIII. Reſtat, vt aliorum, quorum in hoc negotio intereſt, obligationes breuibus expendam. Acceptatorem itaque ſimplicem minime liberat (a), ſed ſibi quoque obſtrictum reddit, qui alterius nomine honorat (b). Pariter illi acquiritur petitio aduerſus auctores honorati quoscunque cambii intuitu obligatos, quia

teras cambiales acceptat, non ſecus ac mandator, ex ſua obligatione tenetur. *Ordin. Camb. Lipſ.* §. *17.* verb. Selbſt-Schuldner. *Ius Camb. Magdeb. & Brandenb. art. 1. in fin.* Quare ſuo nomine ſoluere videtur, adeoque honorantem ipſo iure non liberare, ſed actionum ceſſionem poſtea recte poſtulare dici poteſt. *arg. l. 28. ff. Mandat.* Add. *Illuſtriſſ. Dn. Coccei. de Aſſignat.* §. *28 - 32.*

Exactor pro acceptis non tenetur honoranti.

(k) *Rot. Gen. Dec. 168. Scacc.* §. *2. Gloſſ. 5. num. 392. Dn. Zipfel Sect. 4.* §. *Diſſ. 6. Oper. mai. p. 102. Dn. Koenig. Annot. 15. ad* § *17. Ord. Camb. Lipſ.* Licet enim repeti poſſit, quod quis ab alio debitum tanquam ſuum nomen errore lapſus creditori ſoluit *l. 19.* §. *1. ff de condict. indeb.* repetitio tamen nulla eſt ab eo, cui ſuum alius, quam verus debitor, ſciens reſtituit *l. 6. l. 44. ff. eod.* add. *l. 6.* §. *1. ff. de Negot. geſt.*

Adimpl. honorarium non liberat priorem acceptantem,

(a) Neque enim is proteſtatione interpoſita ex lite dimiſſus cenſetur. *Dn. Mencken. Tract. Synopt. ff. p. 284. verſ Facta.* Sed poſt actionem traſſanti motam denuo conueniri poteſt. *arg. l. 27. ff. Mandat. l. 13. l. 71. ff. l. 28. C. de Fidei. Ord. Camb. Lipſ* §. *20. Conſ. Grot. Introd. in Ius Belg. lib. 3. cap. 13. n. 7. Huber. ad ff. T. mandat. in fin.* Qui dum vnius ſolutione alterum liberari *ib.* addunt, cum grano ſalis intelligendi ſunt. Omnibus enim, ipſique traſſanti obſtrictus manet acceptans. *Ius Camb. Pruſſ. art. 20.*

ſed obſtringit honoranti 1) eundem,

(b) *Anſaldus de Anſaldis de Comm. & Camb. Diſc. 79. n. 7 - 14.* Nam & exactoris iure vtitur, quoad honorati vtilitas patitur. §. *praec. 25. lit. C.* & acceptantis negotium etiam pro alio ſoluendo geſſit: ſaltem re, licet forte intentio, quae haud requiritur, defecerit *arg. l. 6. pr. l. 31.* §. *1. l. 45* §. *2. ff. de N. G.* Add. *Ill. Berger. Supplem. ad El. Diſc. Forenſ. Tom. 2. p. 129.*

(c) §.

quia ipſi creditoribus ſuis poſt honorarium adimple-
mentum adhuc tenentur (c). Vnde, qui traſſantis ho- a) auctorum
nore adimplet, primarium quoque debitorem ſibi de- honorati,
vincit (d). Is tamen, poſtquam cambii ſcriptori bona fi-
de ſatisfecit, non poteſt ab aliis conueniri (e). Qui in-
doſſantis cauſſa interuenit, & a domino & traſſante in-
demnis ſeruandus eſt (f). Qui poſterioris cedentis in-
tuitu ſoluit, ius conſequitur aduerſus omnes, quos dixi,



(c) §. *praec. 20. not. G. Phoonſen. cap. 12. poſ. 23. & 25. cap. 18. poſ. 11. Du Puy cap. 9. n. 10. 11. verſ. Lat. n. 11. 12. & Axiom. 2.* Vnde nimis genera- a) honorati auctores,
liter loquuntur, qui, praeter honoratum, neminem omnino alium honoranti teneri docent cum *Scacc. §. 2. Gloſſ. 5. n. 392. Dn. Koenig Annot. 15. ad §. 17. Ordin. Camb. Lipſ.* Fateor aeque vniuerſaliter loqui ipſum *§. 17. allegatum*, pariterque *Ius Camb. Suec. art. 21. & Ord. Camb. Dant. art. 13.* quam ſequitur *Dn. Marperg.* Handels-Gericht *cap. 16. art. 40. p. 515.* Sed leges hae interpretatione reſtringendae ſunt *arg. l. 32. ff. de Pact. l. 2. §. 3. ff. ad SCt. Vellei.* (d) *Raph. de Turri* vt a) traſſantis principalem,
*Diſp. 2. Qu. 13. n. 37.* Diſſent. *Peri Part. 3. cap. 13. p. 37.* Sed hic quoque locum habent, quae *§. praec. 24. not. O.* dicta fuerunt.

(e) Nam etiam ab actione de in rem verſo, quam effectu a ne- donec traſſanti ſatisfecerit, ſicut in actione de in rem verſo,
gotiorum geſtorum iudicio non differre poſt *Schilter. ad ff. Exerc. 27. §. 93.* confirmat *Dn. Praeſes. Not. ad ff Tit. d. in rem verſ.* liberatur pater vel dominus ſolutione filio aut ſeruo bona fide praeſtita *l. 10. §. 6. ff de in rem verſ.* Idque hodie quoque ſervari aequum eſt, *Tit. Obſ. Lauterb. 441.* & ad negotiorum geſtores recte applicatur *arg. l. 3. §. 2 ff eod.* licet vtrumque neget *Vſus Modern. ff. d. tit. § 6.* Sane iniquiſſimum foret eum, cuius vtilitas promota eſt, bis ſoluere *arg. l. 4. ff. eod.* & poſtquam immediato creditori ſatisfecit, aliis, quibus ipſius interuentu ex vtilitate nunc ſublata obligabatur, vlterius, quam expreſſis eiusdem ceſſionariis, teneri, *arg. l. 5. ff d. transact. l. 23. §. 1. ff de hered. vel act. vend.* Rigor vero cambia- cum non teneatur cambialiter,
lis, de quo etiam quoad reliquos tenendum eſt, quod ratione honorati monui *§. praec. 25. lit. V.* fruſtra aduerſus eundem vrgetur. *Turr. d. l. n. 76.* (f) Rationem modo dedi. Idem de traſſante b) traſſantem,
monet *Phoonſen. cap. 12. poſ. 15.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0087-8

praecedentes (g). Hi enim in nexu manent, non ſecus, ac ſimplice tantum proteſtatione interpoſita (h). Fideiuſſores cambio ſubſcribentes eadem ratione, qua ipſi, pro quibus fidem interpoſuerunt, debitores obſtringuntur (i).

*3) Fideiuſſorum.*

**Coronis de vſu practico** *argumenti in raritate negotiorum geſtorum.*

§. XXIX. Abſoluiſſem, quae dicenda putaui; niſi operae pretium ducerem, auctarii loco vtilitatem thematis in ipſis rerum argumentis conſpicuam paucis vindicare (a). Sane quidem fatendum eſt, negotiorum geſtorum exempla ne quidem apud Romanos admodum

c) indoſſantes priores. 3. fideiuſſores.

Conſenſus cap. 35. feriar. Veſunt.

Eius verſio erronea ap. R. de Turri, & Dn. Zipfel.

genuina.

(g) Vid quos allegaui *not. praec. C.* (h) vt de traſſante opportune inculcat *Phoonſen. d. poſ 15.* (i) Fluit hoc ex praecedentibus, ac diſerte confirmatur *Capit. Feriar. Bezenſon. 35.* verbis: *reſti ritenuto l'obligo di quello, o quelli, che haueſſero faitto le tratte, o ſia ſottoſcritto le lettere di cambio pagate ſopra proteſto.* Quae *Raph. de Turri*, ſenſum plane non aſſecutus, *p. m. 416.* male reddidit; *Ac maneat illius illorumue, qui traxerint, obligatio, vel ſubſcriptio talis ſit, le lettere di Cambio pagatae ſopra proteſto.* Nec minus a ſcopo aberrat verſio Germanica apud *Dn. Zipffel Tractat.* von Wechſel-Brief. und dero *Vſanc. Sect. 4. p. 101* quae locum hunc ſequenti ratione interpretatur: So ſoll zur Nachricht/ und damit die *Obligi* der *Traſſi*renden in ihren Kräfften bleibe/ der Wechſel-Brieff/ daß er *Sopra proteſto* bezahlet ſey/ unterſchrieben werden/ nemlich alſo: *Le Lettere di Cambio pagate ſopra Proteſto.* Rectius ita verteres: *Integra duret obligatio eius eorumue, qui fecerint tractas, aut literis cambii ſupra proteſtum ſolutis ſubſcripſerint.* Quo ipſo intelliguntur fideiuſſores, quos literis ſecundis aut tertiis ſubſcribere in omnibus plateis ſolere teſtatur *Conſtitut. Pii V, ad Bononienſes* §. *Et perche occorre alle volte, ap. Scacc. p. m. 505.*

Dubia aduerſus vſum argumenti.

(a) Erunt enim forte, qui verebuntur, ne perdiderim operam, quaſi in argumento aut nullius aut ſaltem rariſſimi vſus occupatam. Nam

*rara auis in terris, nigroque ſimillima cygno*

vi-

dum frequentia fuiſſe videri (b), & alias noſtris temporibus adhuc rarius apparere (c). Cum tamen nec prodigii inſtar habeantur, quae inter quoscunque hodie occurrunt (d): multo minus inter campſores ideo ceſſat frequens adimplementi literarum cambialium honoris

 cauſſa

videri poteſt amicus, qui non rogatus ignorantis quoque neceſſitatibus ſuccurrat, ac in officiis illi ſponte exhibendis etiam aemulos habeat alios & cum iis eo nomine decertet. (b) Apud Romanos quidem facilius inueniri debebant negotiorum geſtores, cum ex Romuli inſtituto teſte *Dionyſ. Halicarnaſſ. Antiqu. Roman. Libr. 2.* & lege Cincia, *Tacit. Annal. Libr. 2. cap. 5. Libr. 13. cap. 42.* moris eſſet, Clientes a Patronis gratis defendi, *Car. Sigon. de Antiqu. Iur. Ciu. Rom. Lib. 1. cap. 7. pag. m. 103. Franciſc. Pollet. Hiſtor. For. Roman. Libr. 2. cap. 10. 11. Frider. Brummer. ad Leg. Cinc.* & ſingulos ſaepe peregre abeſſe oporteret militiae vel alterius officii cauſſa. vid. §. *2. I. l. 10. §. 1. 2. ff de excuſat. l. 26. § f ff. Ex quib. cauſſ. mai. Tit. ff. de Legation. Tit. C. Si tut. vel cur. Reip. cauſſ.* Vnde probabile erat, facilius operam praeſtitiſſe, qui ea vicisſim aut iam indiguerint, aut in poſterum opus habituri eſſent. Accedit, quod liceret cuiuis de rato cauenti etiam in iure defendendi alrerius gratia comparere. *l. 33. §. 2. ff. de Procur. l. 31. §. 2. ff. de Neg. Geſt. l. 12. C. de Procur. Schilter. ad ff. Excrc. 10. th. 62.* Et tamen remisſione diligentiæ homines ad negotia abſentium, alias peritura, curanda erant inuitandi. *l. 3. §. 9. ff de Neg. Geſt.* (c) Hodie multo rarius id officium praeſtatur. *B. Stryk. Vſ Modern. ff. Lib. 3. Tit. 5. §. 1.* ſiue metu ingrati abſentium animi *Mornac. ad l. 1. ff. eod.* ſiue quod charitas nimium refriguit, ſiue quia pauci luculentum posſident patrimonium *Ant. Faber in C. d. Tit. Def. 1. Ant. Perez. ib. n. vlt.* (d) Romanis adeo non ignoti fuerunt ſpontanei negotiorum abſentis adminiſtratores, vt etiam de damno, quod ex concurſu plurium oriri poterat, reſarciendo ſibi cogitandum putarint. Vid. *l. 6. §. 12 ff eod.* nec non § *1. in fin. I. de oblig. quae quaſi ex contract. naſc.* quem de hoc caſu intelligendum eſſe euidenter oſtendit *Dn. Praeſes ad Strauch. Ius Iuſtin.*

Negotiorum geſtio apud Romanos frequentior eſſe debebat, quam hodie,

erat tamen rara;

Hodie rarior.

Nec tamen ignota Romanis,

*cauſae impulſiuae mandatum, amor domini, commodum honorantis.* cauſſa vſus (e). Id enim ſaepiſſime praeuio mandato ſuſcipitur (f), ſaepe, etiam ignorante domino variis ex rationibus. Alios amor eorum, quorum cauſſam agunt, impellit (g): aliquorum intereſt, abſentium cambiis in loco deſtinatae ſolutionis quomodocunque ſatisfieri (h): Pleri-

ſtin. priuat. Diſſ. 16. theſ. 16. p. 183. quicquid contra nitatur *Vinn. ad d. §. 1. num. 3. in fin.* aliique. *aut noſtris temporibus.* Hodie quoque non raro inter coniunctos, imo etiam inter extraneos, ſiue miſeratione, ſiue amicitiae cauſſa, ſiue ex aliis rationibus abſentium negotia geri docet, atque ſic in caſu concurſus creditorum iudicatum meminit *Dn. Lüder. Mencken Theor. & Prax. Pand. Tit. de Negot. Geſt. §. 5.* Saltem non deſunt, qui praepoſtero πολυπραγμοσύνης ſtudio abrepti rei ad ſe minime pertinenti non ſine culpa immiſceantur, *arg. l. 36. ff. de R. I* non tam aut alteri aut ſibi profuturi; quam praua conſuetudine curioſitatis in alienis. *Frequentia honorarii adimplementi* (e) Vt pecunias repetat, qui illas honore literarum cambialium ſoluit, quotidie in foro mercantili obſeruari teſtatur *Anton. Gama Deciſ. Luſit. 19. D. Marta Digeſt. nouiſſ. Tom. 3. Tit. Epiſtola cap. 21.* Pariter hodierni campſores ſiue alterius rogatu, ſiue ſuo inſtinctu cambia frequentiſſime honoris ergo adimplent. Imo plures ad honorem ſubſidiarium eidem ſchedulae cambiali habendum non raro eodem tempore ſemet offerunt, quod ipſe memini aliquoties contigiſſe.

*ob mandatum, amorem honorati,* (f) *§ praec. 8. prope finem §. 17. lit. A-D.* (g) *arg. l. 3. §. 9 ff. d. N. G* quoties alias cum proteſtatione inane rediturum eſſet cambium cognati, affinis, familiaris, vel eius, qui quondam magiſter fuit aut famulus, aut qui alias fidelia ſeruitia praeſtitit, maxime ſi paria in poſterum praeſtiturus videatur.

*intereſſe, ne cambium inane reuerſatur,* (h) Sunt, inter quos pactum quaſi mutuae defenſionis intercedat, quo ad ſuppetias amicorum cambiis ferendas obſtringuntur, niſi ſciant, adeſſe alium hoc officio functorum. Sunt, qui non aliam ob cauſſam alteri abſenti conſultum cupiant, quam ne ipſi etiam ob arctiorem mutuae negotiationis nexum famae aut crediti periculum incurrant, labefacta illius fide, quam cambiis cum proteſtatione reuerſis fident periclitaturam. Sunt, qui

plerique ideo illis honorem ipſi habent, quia id ipſorum cedit emolumento (i). Quodſi quis vnum alterumve lucro etiam iniuſto inhiare aſſerat, non admodum refragabor (k): eam tamen captationem inter cauſſas fre- *An lucrum iniuſtum?*

qui proteſtatione interueniente cambialibus literis ſatisfaciant, ex quibus ipſorum tabernae diuerſis locis ſitae vel ſocii latentes obſtringuntur. (i) Sperant enim ſaepe, ſic ſe facilius viciſſim fruituros grato officio, ſi forte eodem aut ſimili in poſterum ipſi opus habuerint. Saepius pecunias ad eum locum, quo rediturae ſunt literae honorarii adimplementi indigae cambio cupiunt exponere, coguntur que Proxenetae miniſterium philantropho redimere, ut inueniant idoneum datorem literarum cambialium, eo ſaepe, quem ille ſtatuit, collybo ſeu Lagio. Tum vero, modo ſatis ſoluendo eſſe ſciant abſentem, minime elabi patiuntur occaſionem & parcendi proxenetico, & nummos in altero loco recipiendos pretio, quod ipſi aequum arbitrantur, permutandi. Vt plurimum ideo aurum operamque impendunt, quia moribus inter campſores receptis prouiſionem, quam vocant, ſiue ſalarium ſolui ſolitum lucrantur. § *praec. 25. lit. F.* (k) Quaecunque ex alienis negotiis obueniunt, domino reſtituere debet mandatarius *l. 10. §. 2. 3. l. 20. ff. Mandat.* & negotiorum geſtor. *l. 8. §. 1. l. 13 ff de N. G.* Interim particulam e collybo decerptam *multi* campſores, cum alterius cauſſa cambium celebrant, contra ius & fas ſibi tribuunt, ſi vera refert *Peri Negot. Part. 2. cap. 15. in fin. p. 44.* qui antea *neminem* ſibi tam improbum videri ſcripſerat *Part. 1. cap. 32. in fin. p. 87.* Forte vtraque ſententia in nimio peccat, illa duritie, haec lenitate. Neque enim campſoribus adeo quotidianum credi par eſt, bonam fidem inſuper habere, nec tamen improbabile videtur, eo interdum vnum alterumue abripi auri ſacra fame. Res exemplo illuſtrabitur, ſi ponas, Sempronium campſorem Germanum pecunias nomine Caii, mercatoris Belgae, erogatas cambio ſumere a Titio, ea conditione, vt Titius pro ſingulis centum thaleris in Belgio reddendis ipſi numeret thaleros centum & triginta cum dimidio monetae Teutoni-

emolumentum ex honore illi habito.

Captatio lucri iniuſti ex honorario adimplemento.

*Teſtimonium Ordin. Camb.* frequentationis referre nolim (l). Fortius ipſa ſtatutorum cambialium loca, quibus huius negotii iura definiuntur, eiusdem quoque crebritatem tueri exiſtimo (m): Sed modus exercitationis Academicae ſeruandus eſt. *Concluſio.* Quamobrem finio. Tu, Lector,

*ſi quid nouiſti rectius iſtis;*
*Candidus imperti; ſi non; his vtere mecum.*

tonicae. Sempronius cambium dirigit Caio, eidemque mentitur, triginta ſaltem thaleros ex ſingulis centenis collybi nomine ſibi promiſſos eſſe ac ſolutos: reliquo centeſimae ſemiſſe, quem Caio pariter reſtituere tenebatur, eundem defraudat. (l) Contendant, qui volunt, fieri poſſe, vt ſpe lucri eiusmodi iniuſti homo cum aliorum iniuria diuitias corradens ignorantium cambiis praeſtet adimplementum, quod honoris cauſſa fieri dicitur. Ego rationes quaero, cur id frequenter accidat inter mercatores, quos nefas puto ſiniſtra ſuſpicione immerentes onerare *arg l. 18. §. 1. ff. d. Probat. l. 6. C. de dol. mal.* & *credendum eſt, iure potius ſuo vti, quam furti conſilium inire*, vt alia occaſione loquitur *Vlpianus l. 51. ff. pro Soc.* (m) Plurima, quae de argumento meo agunt, loca ex ordinationibus cambialibus cumulaui §. *praec. 10. not. E - L.* At illae breuitatem ſat preſſe ſolent ſequi, nec controuerſiis de lana caprina decidendis immorantur. Sed poſſunt haec ſufficere pro inſtituti ratione.

ad cauſſas frequentiae non pertinet.

Argumentum ex deciſione ordd. cambb.

Epilogus. Itaque cuncta Lectorum iudicio ſubmitto. In quo ferendo eandem, qua ipſe citra cuiusquam contumeliam vſus ſum, ſentiendi libertatem illis vicisſim, vt par eſt, lubens permitto. Quodſi quibusdam haud diſplicere contingat meam qualemcunque opellam; habebo, de quo mihi gratuler. Sin nec argumenta mea aliis probentur, nec ipſi rationes mihi aduerſas habeant, quibus ipſe illa vinci exiſtimem, ſententiarum diuerſitatem, vt guſtuum, aequo animo ferendam cogitabo. Denique ſi, quod humanum puto, erraſſe conuincar; non modo cedam lubens, ſed & gratias agam ea, quae viros probos decet, ratione rectiora monituris. Nunc,

*-- ne me Genuenſis ſcrinia Rotae*
*expilaſſe putes, verbum non amplius addam.*

# COROLLARIA.

I.

QUi ex matrimonio inuitis parentibus contracto ante illorum conſenſum poſtea ſubſecutum naſcuntur, iure Iuſtinianeo ſpurii manent.

2. Diſtinctio ſeruitutum in ruſticas & vrbanas nullum habet vſum.

3. Mota actione confeſſoria vel negatoria, qui ſeruitutem ſibi deberi aſſerit, etiamſi illam quaſi poſſideat, ius ſuum probare tenetur.

4. Nec alteri, qui praeſumtione libertatis nititur, probationis onus imponendum eſt, licet terminos negationis transgreſſus aduerſarium vi, clam vel preclario poſſidere aſſeruerit.

5. Teſtamenti factio non eſt iuris naturalis.

6. Inſtituta querela inofficioſi teſtamenti cauſſa exheredationis ab herede ſiue reo ſemper probanda eſt.

7. Ad factum obligatus creditore inuito non liberatur praeſtatione eius, quod intereſt.

8. Beneficio diuiſionis non creduntur renunciare, qui ſe ſpecialiter in ſolidum obligant: ſamt und ſonders/ einer vor alle/ und alle vor einen.

9. Actio legis Aquiliae & inter coniuges locum habet, & alios ob dolum condemnatos infamat.

10. Poſſeſſio facti eſt, nec ſpeciem iuris in re conſtituit.

---

## EPITOME DISSERTATIONIS.

PRAEFATIO. §. 1. AMBAGES *cambialium* Syſtematum & Diſputationum. §. 2. METHODVS huius diſſertationis. §. 3. LITERAE CAMBIALES, contradiſtinctae cambiariis & campſoriis, quae? Requirunt mentionem cambii. Earum diuiſio. §. 4. Earum ADIMPLEMENTVM. Huius 1] *ſynonyma*, honorare, luere, expedire, complere, praeſtare: 2.) *ſpecies*. Inchoatum, abſolutum: duplex, ſimplex. §. 5. Adimplementum aliud *liberum*: aliud HONORIS CAVSSA. Huius I) DEFINITIO. §. 6. II.) SYNONYMA: honorare, adimplementum ſupra proteſtum, cum proteſtatione, ſupra prot. honore literarum, qualificatum, cum modo, non inuitatum. III.) DIVISIONES. §. 7. IIII) ORIGO 1) *quoad cauſſam impulſiuam* a neceſſitate & vtilitate, §. 8. 2) *quoad medium*

*dium*, a natura α) mandati; quo caret traſſatus, exactor, alius quicunque: β) & negotiorum geſtionis. §. 9. V.) OBSTACVLA prima ratione debitoris, negotiorum geſtoris, mandatarii, exactoris. § 10. VI.) PROGRESSVS per adminicula & tentamina: GENERALIS INTRODVCTIO per mores & leges. § 11. VII.) OBIECTVM, *literae cambiales* quaecunque. An aſſignationes? Non literae auiſoriae. §. VIII.) PRAESVPPOSITVM, *defectus adimplementi liberi*, ob traſſati abſentiam, decoctionem vel diſſenſum: an ob auiſii penuriam? Sufficit adimplementum partiale. §. 13. VIIII) SVBIECTVM, *perſonae* 1) *honoratae*: quo pertinent α) *Obligati* ex cambio, vt mandator tractae, traſſans, indoſſans, traſſatus, aualli ſcriptor: Non prohibens, nec nudus mandatarius, nec mandator exactionis. β) *Mandantes* quicunque. §. 14. 2) *Honorantes*: Traſſatus, niſi debeat, exactor, tertius. Traſſans aut indoſſans ratione ſolutionis. Non, qui libere acceptauit, aut prouiſionem accepit. § 15. *Proedria* inter plures interuenientes *intuitu diuerſorum* vel *eiusdem*, hosque vel *inaequales* vel *aequales*. §. 16. 3) *Adimplementum* honorarium *acquirentes*. Quo pertinent exactores volentes, imo inuiti quoad ſolutionem, non acceptationem regulariter. Iniuſte diſſentiens ipſo honoraſſe videtur. §. 17 X.) ADMINICVLA α) *mandatum* debitoris, β) *ſchedula* commendatitia, γ) *ſciſcitatio* vxactoris & honoraturi, δ) *Notarii* mercatorii, ε) *intimationes*. §. 18. XI.) TEMPVS ratione 1) *oblationis*, 2) *praeſtationis*, cui locus eſt α) adimplemento libero deficiente, etiam ſola acceptatione denegata, β) licet ſoluturus ſit, qui acceptare noluerat, γ) in termino & ante vel poſt eius lapſum. An poſtquam iam alius honoris cauſſa acceptauit? §. 19. XII.) MODVS: 1.) *intuitu creditorum* imitatur liberum, etiam quoad acceptationem, admiſſa tamen particulari. 2.) *intuitu honorati* ſuſcipitur vel α) libere aut ſupra proteſtum, vel β) ſupra proteſtum computi, vel γ) S. P. An cum obligatione eorum, qui cauſſam habent ab honorato? Inſerendum acceptationi, formula decora, addito nomine honorati. §. 20. XIII.) SOLEMNIA: nempe *proteſtatio* duplex, 1.) *exactoris*. Eius ratio. Praecedens transmiſſio proteſti non requiritur. Vtrum proteſtatio die ſolutionis repetenda? §. 21. 2) *honorantis*. De quo, aduerſus quem, per quem, coram pro interponenda? Debet in inſtrumentum redigi, & a tertio quoque fieri, non in ſolutione iterari. §. 22. Communia *vtriusque* proteſtationis. Sunt coniungendae quocunque caſu. Niſi in neglectum conſentiant debitores, mandantes aus ratum habentes. §. 23. XIIII.) EFFECTVS 1.) *in liberatione* praeſtanda α) iis qui cauſſam ab honorato habent, & β) ipſi honorato: quo vsque adimpletum: ſalua poſt acceptationem obligatione pro ſolutione. §. 24 2.) in producendis *obligationibus* α) *mutuis*, & *ſimplicibus*. §. 25 Obligario 1) *honorati*: qua tenetur honoranti eiusue ceſſionario, tanquam traſſato, imo exactori. Ad quid? Qua actione? *Cambialiter*. §. 26. 2) *honorantis*, ergo α) honoratum, β) exactorem, γ) honorati auctores, δ) eiusdem ſucceſſores, ε) alios adimpleturos. §. 27. 3) *exactoris* erga α) auctorem, β) & honorantem. §. 28 *aliorum*: α] acceptatoris ſimplicis, β) auctorum honorati, γ) fideiuſſorum. §. 29. XV.) VSVS PRACTICVS in raritate negotiorum geſtorum. Concluſio.

ULB Halle 3
004 950 143

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0095-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0096-2

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

# DOMINO CAROLO,

REGIAE DOMVS PRVSSICAE
PRINCIPE SERENISSIMO, RELIQVA,

DISSERTATIONEM IVRIDICAM INAVGVRALEM
DE

# IVRE ADIMPLEMENTI LITERARVM CAMBIALIVM HONORIS CAVSSA,

Vom
Recht der Acceptation und Zahlung
der Wechſel-Brieffe per honore,

IN ILLVSTRI FRIDERICIANA,

DIRIGENTE
DN. CHRISTIANO THOMASIO, ICTO,
S. REG. MAI. PRVSS. CONSILIARIO INTIMO, ACADEMIAE
DIRECTORE AC PROFESSORE PRIMARIO, FACVLTATIS
IVRIDICAE ORDINARIO ET h. t. DECANO,

PRO LICENTIA
PRIVILEGIA DOCTORALIA RITE CONSEQVENDI
D. XXIIII. APRIL. CIↃIↃCCXV.
*horis matutinis & pomeridianis*
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTET
IOANNES CHRISTOPHORVS FRANCK
ARGENTORAT.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typ.

12 23.
1715 216
11½

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-246920-p0097-8